

A Cam autem externa auxilia accersenda, non inutiliter illud queritur: Ex quibus nationibus maximè accersenda illa sint? Eri in omnibus locis ignavi sint, sicut & strenui: tamen gens gentem in bello præcedit. Probantur maximè milites, qui ex locis & plagis temperatis veniunt, quia nationes solvæ plus quidem sapiunt, sed minus sanguinis habent; ideòque constantia in his ac fiducia cominus pugnandi non deprehenditur. Contra Septentrionales populi remoti à solis ardore, sanguine largo redundant; ideòque nimis præcipientes sunt in vulnera. Medium temperatæ plagæ homines tenent, mortem contemnant, non desistuntur prudentia, servant modestiam, quæ non solum in consiliis, sed etiam dimicatione prodest. *Veget. de re militari lib. 1. cap. 2.*

Tertio, delectus quoque habendus in arte & in conditione vitæ: nec malè queritur, meliores ne ad militiam agricolæ, & viniores, an opifices sint? Pro agricolis plures faciunt: quia sub laboribus, & dio tales nutriuntur, solis sunt patientes, deliciarum ignati, simplices & erecti animi, paucis contenti, mortem quoque minùs timens, quia deliciarum in vita minus norunt. *Plin. l. 18. c. 5. Plato 2. de Reip. Plut. in vita Coriol. Cato in principio de re rustica Arrol. l. 1. c. 2. Veget. l. 1. de re militari, cap. 3.*

Verum nec opifices omnes excludendi: sed minus placent piscatores, aucupes, dulcarii, qui aliquid tractant ad gynæcea pertinens: conveniunt iis, qui, ut *Plut. in Captivis ait*, calcæatis dentibus milites ad pugnam eunt. Probantur fabri ferrarii, carpentarii, macellarii, venatores, sed non omnium animalium, & fugacium lepulcorum, sed cervorum, & aprorum. *Veget. lib. 1. c. 7. Et in hunc Strenegius.*

Quarto, morum quoque requiritur & vitæ probitas. Dicitur solet, in bello malum neminem esse, nisi qui malus non extiterit, sed contra prudentes lentius: quia 1. honestas idoneum militem reddit, 2. victorem facit viram, dum verecundia fugere prohibet, 3. ignavus aut improbus frustra aut excetetur, aut in officio continetur, 4. ab omni virtute degenerat voluntatum assuetudine miles. *Tacit. l. 2. Veget. l. 1. c. 7. & experticia testatur, 5. Tum ab hostibus clades inferri, cum seriatim per gratiam aut dissimulationem indicti tyrones: sunt qui in certis & conviviis, quam amnis & militatibus equis, libidine majorem habent. *Salust. in conjuratione Catilinaria: Quibus ad populandos finitimum agris, capiendâ pecora magna vis: nulla in acie ac signis collatis. Liv. lib. 38. Nec sine causa leges, quæ de re militari agunt, veniunt: admittendos in bello esse eos, qui status controversiam passi sunt, criminosi, adulteri, iudicio aliquo publico damnati.**

Neque illud etiam inutiliter moverit, utrum melius sit, pedes multos, an equites habere. Pro equitibus ista faciunt: quod in campis, & pugnis citò parant hi victoriam: sunt ad fugandum parati atque prompti: pedites contra in locis angustis, in fossis, paludibus, arboribus impeditis, montuosis valent, ut etiam propugnandis aut expugnandis civitatibus. *Tacit. de moribus Germanorum. Polyb. l. 3. Veget. l. 3. c. 9. Iovius l. 2. Histor. Machiavellus l. 2. discip. c. 18. Liv. l. 5. c. 7. Et quod rationes hæ bonæ, exempla testantur Periarum ad Thermopylas: & in Helvetia, ubi in locis montuosis nullius fuerunt momenti equites, coacti prælium inire pedites sunt. Collatione ergo facta, magis Reip. necessarii pedites esse videntur, quod ubique possunt prodesse; deinde sumptibus, & impensis minoribus, & comparari, & nutrirî, quam equites. *Veget. lib. 2. cap. 1.**

D * DUX BELLII. *Quanam in belli Duce observanda?* Quemadmodum in belli materia rectè paranda ratio militum habetur: ita non fuit negligenda Ducis, & Imp. belli, quandoquidem sine Duce, militatus turba est corpus sine spirita. *Cart. l. 10. Et ferunt, Philippum Macedonum Regem reprehendisse hoc nomine Athenienses, quod temerè & singulis annis novos duces crearet: cum per totam vitam ipse non nisi unicum bonum ducem, Phormionem scilicet, habuerit. *Parr. lib. 7. de Reip. tit. 2. Et fuit hac ipsa in re controversia, & dubia non pauca, quæ agitur hodie solent.**

Queritur enim primò de genere, an in eligendo Duce famulæ splendor sit spectandus? Et sanè hoc optandum est, ut illustres ac nobiles potissimum deligantur: quia prodest hoc plurimum ad auctoritatem comparandam & conservandam. Deinde parit a more ac benevolentiam apud milites. *Sesell. lib. 2. de Rep. Gall. & regum officio. Tertio, veri quoque simile est, fortes à fortibus creati, simile sibi simile gignere. *Arif. Pol. l. 1. cap. 4. Quarto, commodat plurimum emulatio, & memoria. *Diod. lib. 44. Turpe ducitur ab his degenerare. *Plato****

*in Menæno. At contra cetera si deserunt, que Duci necessaria, genus solum non spectandum videtur. Quemadmodum enim in navigando gubernatio navis non illi committitur, qui natalibus, opibus, aut fortuna ceteris antecellit; sed qui gubernandi peritia, & vigilantia alios superat: ita belli administratio ei maximè committenda, qui reliquis fortitudine, & sapientia antecellit. *Parr. l. 9. de Reip. l. 1. Et virtutis est, non dignitatis ratio habenda in officiis mandandis. *Plut. in vita Syllæ, Salustius in bello Jugurthino. Neque tam homines considerandi, quam hominum actiones spectandæ. *Arif. Polit. 3. cap. 8.****

Itaque sit concludendum: ut tum habeatur ratio dignitatis ac splendoris familie, cum moderato quis est primùm ingenio præditus: deinde libenter audit rei militaris peritos: tum iudicio, ut discipulari causa, quod est optimum, eligat; propterea non desituarum animi alacritate, & promptitudine: postremò ferat ac patiatur adjungi cives prudentes, qui suppleant id, quod in eo fortè defideratur. *Sesell. lib. 2. de Rep. Gall. Ita Themistocles obscurioribus ad gloriam natalibus fuit. *Plut. in ejus vita. Et Iphicrates Atheniensis, vir militari scientia insignis, sed patre factore natus. Quod cum quidam ei objiceret: Meum, inquit, genus à me ipso sumit initium: tuum autem in te desinit. Et Phocion, cuius pater cochlearia consisteret, indeque victum querere est solitus. *Plut. in ejus vita.***

Secundò, etiam Patria in Duce consideranda: ubi queritur non incommode, utrum peregrinis sit hoc officium committendum. In negantem sententiam istæ sunt rationes: quòd 1. Duces peregrini magnis stipendiis, & præmiis conducuntur, 2. Cum veniunt, plerique innovare conantur, 3. Non ita, atque indigene, militi grati funt: unde factiones, & seditiones oriuntur, 4. Adducunt secum suarum nationis homines, qui non secus, aquæ locustæ legiti, indigenis danti damnum, Postremò, non habent persècta hominum ingenia, aut etiam cognitam, & exploratam regionum conditionem. *Arif. Pol. 5. c. 3. Comines l. 5. Melius itaque esse videtur, indigenam aliquem, quam peregrinum habere Ducem. Sed hic desit, aliunde erit accedendus. Quemadmodum Carthaginienses Xantippum Spartanum Ducem elegerunt: qui ingenti prælio Romanos vicit. Et Athenienses elegerunt Ducem Heracitum Clazomenium. *Asian. lib. 14. Parr. de Reip. 9. l. 2. Et Artaxerxes Periarum Rex, Ægypto bellum illarum, Iphicrate Atheniense Ducem quaerivit. *G. Plut. Nec ita malè: quia major sæpè autoritas peregrinorum, quam domesticorum. Magis honorantur extra patriam, quam in illa, homines. D. Thom. in Matthæum. Minor est ibi invidia, & emulatio, unde factiones, & contentiones oriuntur. *Bod. lib. 6. de Reip. cap. 8.****

Tertio, neque ætas negligenda, & quæri posse utiliter videtur, fatiunt sit senes, an juvenes bello præficere. Pro senibus faciunt, quæ sequuntur: quòd in his mens est, & intellectus. *Arif. Pol. 7. cap. 16. ætate homines prudentiores, usu tutiores evadere affirmat. Habent terrium quasi oculum experientiam, qua rerum principia, & eventus facile perspicunt. *Plut. l. 3. de Rep. Major quoque in Senibus auctoritas est. *Plut. in libello, An seni Reip. gerend. Contra ab Adolescentum stant partibus ista: quòd senes sint meticulosi, ac timide gelidèque omnia administrant. *Plut. in Antioch. Ar. Rhe. 2. cap. 12. Sunt deinde morbis variis obnoxii, imò senectus, ut ille ait, ipsa morbus est: fortes contra adolescentes. *Arif. l. 3. Ab excellenti quoque, & eximia virtute ætatis progressus non est expectandus. *Cic. 5. Phil. 4. Et si expectanda semper ætas, sæpè magna in doles virtutis extincta prius fuisset, quam Reip. proficere potuisset. *Cic. ibi. Nec postremò) exempla defunctorum, qui adolescenties res magnas gesserunt: ut P. Scipionis Africani, Cn. Pompeii, Alexandri Magni, Annibalæ, Augusti Cæs. qui adolescens penè puer, intersecto Cæsare, Remp. defendit. *Cic. 5. Philip. Plin. de viris illustrib. Plut. in vita Illustrium Græcorum, & Romanorum.********

Quarto, est illud conjunctum cū dubitatione, & controversiis inter Aristotelem, & alios: Utrū rei militaris peritia potius, quàm virtus in Duce spectanda. Pro rei militaris peritia faciunt, quòd primò ducis officium melius scientia quàm virtute perfici videtur, 2. hac ipsa victoria coparatur, 3. quemadmodum Leo est fortis, & tamen rapax: ita dux peritus etià non bonus esse potest. Ex ep. hæc restant Syllæ, Marti, Antiochi, & Calior. *Ar. Pol. 5. c. 9. 4. Peritia illa dimicandi audacià nutria. Neque facere quicquam meruit is, quòd bene se discipulis novit. *Veget. l. 1. c. 1. Postremò imperitia cladum magnam sæpè causam est. Exemplo sit Xantipp. l. 1. apud Polyb. cladis Cannensis auctor. Con-**

A Contra pro virtute afferri possunt: quòd ubi virtus est ac morum probitas, conciliatur reverentia, & amor Ducibus. Deinde ad imitationem excitatur plurimum. Tum longè plus effici potest consilio, quam sola scientia virtute destituta. Quod in Alexandro, Scipione, & aliis multis videre licet. *Sesellus l. 2. de Rep. Gallia. Præsentem denique opem Dei probitas habet: qui neque gladio, neque hasta præstantes servat. *l. Reg. 12.**

Sit ergo in Duce commendata maximè virtus. Sit hic primò prudens: quandoquidem unicum rectum consilium magnam militum multitudinem vincit: majora in bello animi, quam corporis viribus peraguntur. *Xenoph. l. 1. Padia Cyri. Ideòque solos prudentes esse fortes Agellus dixit; mandavit suis, ut in prælio unicum Epaminondam Ducem sapientem observarent, & interficerent, quòd, hoc sublato, reliquam turbam superari facile posse statueret. *Plut. in Appob. Lacon. Neque quoquam est pulchrum, quam ut miles strenuè factis, du Chor prædenter consulis exultet. *Amian. Marcellin. lib. 17. Et hæc virtus in Pericle, Iphicrate, Arato, Annibalæ prædicatur.***

Secundò, sit diligens, vigilans, laboriosus, eò quòd publica videtur injuria, cum ipsius culpa aliquid in bello evenit. *Veget. lib. 2. cap. 16. Hostium consilia sentiat, propterea quòd magna iactura conditiones, & consilia hostium ignorantur. Neque ulla pecunia relictis collocatur, quam quæ in exploratoribus collocatur. *Polyb. 3. Xenophon. lib. 6. Plut. in Arifide, & Themistocle.**

Tertio severus sit, & omnes culpas militares legibus vindicet: nulli errantium ignoscere credatur. *Veget. lib. 3. c. 10. Ita enim primò auctoritas conciliatur: deinde melius res militares geruntur parendo imperio Ducum, quam ciscitando. *Corn. Tacit. in Ostone. Nec malè tria boni militis officia conuoluntur: corpus habere validum, animum ad imperia paratum, arma apta. *Liv. l. 44. Ubi severitas abest, tumultuose ac perturbate omnia fiunt: disciplina enervatur: res hostium augentur. Claruit hac virtute M. Curtius. *Valer. Max. l. 6. c. 3. Pappius Curior. Eutrop. l. 2. Alex. Severus Imp. Lamprid. Sever. Maximus. Scipio, qui in lustris Hispanicis mercatores meretrices, divinatores eiecit: nihil nisi quod necessarium, in castra importari, in his non nisi paucos licet ac calones esse voluit. *Appian. de bello Hispanico, Paul. Diacon. Hist. 4. Livius 37. Florus lib. 2. cap. 18.*****

Verum danda hic opera est, ne quid nimis: Parum enim fideles nimis acerbi Duces invenimus milites. Quemadmodum hoc Lucullo accidit, qui a militibus suis hac de causa est desertus. *Plut. in vita. Et Cajo Carboni, qui interfectus est a suis. *Valer. Max. l. 9. cap. 7. Et Quintil. Varo Gallus occiso. *Dionan. Aug. Et Alexandro Mammæ filio Imp. qui hanc ipsa ob causam interemptus à suis est. *Iustinian. in Caesaribus.****

Quarto, sit taciturnus, & occultetur sua consilia. Vinculum enim optimum est rerum gerendarum publicarum taciturnitas. *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. Tunissimum creditur in expeditionibus, facienda necesse. *Veget. de re militari lib. 3. cap. 7. Claruit hac virtute Jason, Pyrrhus, Agrippa, Q. Metellus p. & parentum nostrorum temporibus Mauritius Saxoniz Elector, qui ne pileam quidem suam se retenturum dixit, si nosset arcana illum sua scire.**

Quinto, continens sit & temperans. Neque enim potest exercitum sine continere Imperator, qui seipsum non continet: neque severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse Iudices non vult. *Cic. pro Lege Manilia. Neque etiam meditari aut agere fortia possunt, qui voluptates admittunt. *Asian. lib. 4. var. hist. Commendati propter hanc virtutem fuerunt Agellus, Agis, C. Fabricius, M. Cato, P. Scipio Africanus. *Plut. in Agide, Catone, & Pyrrho. *Valer. Max. lib. 4. cap. 3. Florus lib. 4. cap. 3. Eutrop. l. 4. cap. 1. 4. cap. 7.****

Sextò, & fortis sit dux, necesse est: quia melior est exercitus cervorum, Duce Leone, quam Leonum, Duce cervo. Et cum exemplo non minus, quam legibus homines ducantur: animosi, & fortes redduntur milites, cum Duces suos fortes conspiciunt. Exemplo sunt Cyrus Periarum Rex, Alexander Magnus, Demetrius Poliorcetes, Pyrrhus, Romanorum, & Atheniensium Duces plurimi.

ALIA IMPERATORIS EXERCITUS SIVE BELLICI DOCUMENTA, ET EXERCITATIONES.
Videantur nonnulla in loco de EXERCITATIONE.
 Xenophon describens Cyri Regis virtutem bellicam, & sollicitudinem, cum ira loquentem inducit: Vobis, commilitibus, Theat. vitæ Humanæ. Tom. 1.

liones, ita faciendum erit. Posteaquam hinc jam abjeritis, tum equorum arma, tum vestra inspicite. Nam sæpè numero exigua te deficiente, & vir, & equus, & curus inutilis reddunt. Cras autem mane, dum sacrum ego rem peragam, primùm & viris, & equis velleendum erit: ut quidquid tandem fieri opportunum fuerit, in eo ne deficiamus. Deinde tu, inquit, Alraspa, cornu dextrum obtineto, uti nunc obtinens: itidemque ceteri denum millium præfecti servate, quem nunc locum obtinens. Nam ubi prælio congrendendum est, non juncti jam equi ullo in curru commode mutari possunt. Denunciare, verò cohortum ductoribus, & præfectis manipulariis, ut in phalange consistant, singulis manipulis densis ad duos. Erant autem isti manipuli singuli millium viginti quatuor. Er quidam è denum millium præfectis inquit: An videmus tibi, Cyre, siquidem in tot ordinatis simus, adversus tam densam phalangem sufficere? Tum Cyrus: Si densiores sint phalanges, aut quam ut armis ad hostes possint pertinere, quid tibi videntur hostibus afferre damnum, quid locis commodi? Equidem, ait, hos in centenos ordinatos gravis armaturæ milites malleum in decies millenos esse dispositos: Nam hoc modo cum paucissimis dimicarem. At quo militum numero phalangis meæ densitas constabit, futurum arbitror, ut tota strenua reddatur, & ad open mutuò ferendam prompta.

Jaculatores quidem post loricatoros disponant, & post jaculatores, sagittarios. Quis enim eos in principis constitrat, qui faceatur ipsi, nullam se cominus pugnam sustinere posse? At si loricator ante se hostibus oppositos habeant, sustinent: & illi quidem tela vibrando, hi sagittas emittendo super omnes ante se collocatos, hosti damnum inferent. Quocumque verò maleficis quis hostem infestat, eo nimirum ipso locis sublevar. Postremos collocato, qui omnium ultimi vocantur. Nam quemadmodum domus nec fine lapidum compositione firma, nec absque eis, qui rectum faciunt, illam ad rem utilis est: sic neque phalangis vel absque primis, vel absque ultimis, si strenui non fuerint, nullus est usus. Enimverò vestros ordines, uti præcipio, instruite: ac vos carratorum præfecti post ordines horum, vestros itidem manipulos disponite: vosque præfecti sagittariorum, itidem post cætratos. At tu, qui præfectus es ultimis omnium, extrema esto in acie, cum tuis, eisque præcipio, ut quique respiciendo suos obierit, & officium facientes ulterius cohortetur, ignaviores mitnabundus acriter increpet. Quòd si quis tergum vertat, deserendi consilio, morte mulctetur. Est enim hoc principie constitutorum loco munus, ut sequentes verbis, & factis animolus efficiant. Vos autem, qui post omnes estis collocati, etiam metum hostili majorem ignavis incutere debetis. Ac vos quidem hæc facite.

Tu verò Abradata, qui præfectus es machinis, fac, ut vehicula jugalia, quæ apparitorum ac turres vchunt, quam proximè phalangem sequantur. Tu Danche, qui præfectus es plaustris impedita vehementibus, post turres copias ejusmodi omnes duc, & apparitores tu vchementer in eos animadvertant, qui vel intemptivè præcesserint, vel è tergo manserint: Tu Carduche, qui carpentis mulieribus venibus es præfectus, postremo ea loco post impeditam constitue. Nam si hæc omnia sequantur, & multitudinis opinione præbeant, & infidias struendi facultatem nobis suppeditabunt, & cogent hostes, si quidem circumdare nos velint, ut majorem ambitum faciant. Quando autem majus spatium circumdando complectentur, tantò necesse est imbecilliores fiant. Ac vos quidem ita facite. Tu verò Artabæ, & tu Artageria, mille pedites, quibus singulis uterque præfectus, post hos ducite. Tuque Pharnuche, ac tu Afidiata, equites illos mille, quibus præfectus, uterque ne intra phalangem disponite: sed armis instructi pone plaustra ferream consistite, ac deinceps cum ducibus cætris ad nos accedite. Sic autem paratos vos esse necesse est, ac si primi prælium sitis iniri. Tu quoque camelis impositorum præfectus, pone plaustra locum tuum obtineto, & quidquid ducibus imperaris, facito. Vos autem curruum duces fortissimi, cuiuscumque fors obvernerit, is ante phalangem suos centum currus constitrat. De cætris curruum centuribus altera quidem ad latus dextrum exercitus procedens, phalangem alteram curru sequatur, ad latus altera. Sic adeò Cyrus omnes disponebat.

Abradatas autem Sulorum rex: Equidem, ait, ultro in me recipio, mi Cyre, ut hinc è regione phalangis adversa locum obtineam, nisi quid aliud tibi videtur. Et Cyrus hominem admiratus dextra præhæsit, ac Perias, qui cætris erant in curribus, interrogat: An & vos hæc conceditis? Illis respondit, is, hoc nequitum.

A nestum non esse, hanc permittente, forte ducta rem inter ipsos componit, & Abradate fors id concessit, quod ipse in se ceperat, Aegyptius oppositus fuit. At tum quidem discedentes, curatis iis quae praedicta sunt, canabant: & consuetis excubiis, quieti se dabant. Postridie mane Cyrus rem divini faciebat. At omnis exercitus, quum pransus esset, ac libasset, armabat & instruebat se, multas induens elegantes tunicas, multas & elegantes loricas, & galeas: itidemque armabant equos frontium pectorumque tegumentis, & ceteros quidem equos illis armis, quae femora: curribus vero junctos armis aliis, quae latera tegerent. Itaque totus exercitus arte fulgebatur, & florido vestium punicearum colore nitebat. Erat & Abradate curus temonum quatuor, & eorum octo pereleganter exornatis, *cap. 22. & seq. lib. 6. & 7. Prop.*

Sed audiatur hic etiam *Lucian.* Quo tempore Bacchus exercitum adversus Indos duxit, ferunt ipsum ita ab illius regionis hominibus fuisse initio contemptum, ut accedentem irriderent, imò meretricem illius miserarentur, ut qui propterea ab elephantis conculcatur, si adversa acie occurreret. Audiverant enim, opinio, exploratores de ipsius exercitu absurda renuntiavit: Nimirum phalangem ipsi & manipulos constare ex mulieribus infans, & furentibus, hedera redimitis, cervina pelle amictis, hastas quasdam gerentibus non ferro, sed hedera confectas, tum cura quaedam levia quae resonant, si quis tantummodo attingerit, nam & tympana clypeos affimilabant. Esse praeterea paucos quosdam rusticos juvenes nudos, qui cordacem saltarent, caudas & cornua haberent, qualia hodie recens natis succrescent. Ipsum vero exercitus ducem curru vehi junctis pardalibus tracto, penitus imberbem, neque vel tantillum genas pubescentem, conrigerunt, racemis coronatum, mitra purpurea comam revinctum, aureis cothurnis calcatum.

Secundum vero ab Imperatore locum obtinere duos, quorum alter brevis erat statura, senex, crassifuscus, ventricosus, sinus, auribus magnis & arrectis, tremulus, thyrsio innixus, in asino plerumque equitans, crocoo indutus, eumque magne auctoritatis in ducendo exercitu ipsius collegam. Alter monstrosus homo, qui patibus inferioribus hircum referret, in cruribus crines haberet, cornutus, promissa barba, iracundus, & animosus esset, qui lava fistulam, dextra baculum ineurium attollendo gereret, & universa castra circumfugeret, quem mulieres timerent, & quum accederet, comas vento agitatas quarent, & clamarent Eueche, quo nomine eorum dominum vocari consuevit. Greges vero à mulieribus esse jam discerptos, & vivas adhuc pecudes dilaniatas. Nam esse crudioras illas. His auditis Indi eorumque rex ridebant ut par erat, neque obviam instructa acie prodire dignabantur. Sed si propius accederent, mulieres in eos immittere studebant: quod putarent, turpe sibi esse vincire, & neci dare mulieres furentes, & ducem effeminatum, & temulentum, parvum senem, & semimilitem alium, nudosque salutatores, ridiculos omnes.

Sed postquam nuntiatum est, Deum incendio regionem vastare, & urbes cum ipsis viris comburere, & sylvas incendere, ac brevi temporis spatio totam Indiam igne implevisse (nam ignis telum est Baechi, à patre acceptum, & ex fulmine oriundum) tum diligenter arma sumperunt, instratis & fratis elephantibus, dorsoque impositis turribus, in eos adverso exercitu prodierunt, etiam dum tamen contententes, & irati, & comminute propeant ipsi cum castris imberbem illum Imperatorem.

Postquam autem propius accesserunt, & in mutuum conspectum venerunt, Indi collocatis in acie prima elephantis, exercitum adduxerunt. Bacchus vero ipse medium tenebat, Silenus cornu dextrum, Pan sinistrum dicebat: manipulatori ductores, & centuriones Satyri erant interpositi: signum omnibus erat, Eueche. Sciatim permissa tympana perstrepebant, ipsaque cymbala classicum canebant: unaque è Satyris accepto cornu orthium obrinebat. Tum Sileni alius Martium quidam rodit: & Menades cum ululatu in eos insulerunt, succindecæ draconibus, atque ex fummis thyrsis ferrum denudantes. Indi autem, eorumque elephantis, illic declinantes nullo ordine fugebant, non autem intra teli jactum venire. Tandem vi capiti, abductique captivi ab us quos ante deridebant: re ipsa experti, quam non oportuerit prima statim fama adductos, peregrinum exercitum contemnerent, *rit. Bacchi.*

Alia documenta etiam tradit *Onesand.* Educatur, inquit, copias Imp. puras, & lustratas secundum ea quae vel legibus sacris sancita, vel à variis praescripra sunt, omnem publicae alijus maculae, aut impietatis conscientiam projiciens.

Procedat universum agmen ordine servato, et si pugnam Imp. commissurus non sit, imò et si per arduam viam exercitum producturus, & per sociorum amicorumque regiones, multorum dierum iter facturus, hoc pacto assueti milites maneat in ordine, conservent proprias cohortes, ductoresque suos subsequantur. Maxime vero si per hostile solum incedant, libitarius excursibus sustinendis ac reprimendis, neve illo temporis momento, nihil nisi palanteque divagantur, se ipsos mixtum inveniunt; dum tamen agant, nec praeripiant, sed multas interitum strages patiuntur. Una igitur omnes, pariterque progrediuntur, ut sint in itinere diligentes, & ad consuetum repentinum accincti. Signa etiam habeant, seseque invicem rectè dispositis ordinibus continentur.

Curet quoque Imp. ut exercitus sui ordines arctissime colligat, ut colubentibus angustis non possint per diffusa latera diffuere aut dispergi, alias enim toti patent in vulneta, & levi hostium velitatione franguntur, & nequam obstitere conantur. Nam si ve fronte dilatato agmine hostes occurrant, haud difficile est eorum modum opus fundunt, quasi in pugna cornu circumdato ac circumfuso. Sive enim per medium exercitum, ad latera impetum faciant, citò distrabant ac dissipant obnites. Ac licet sese contentant, & contrahant in phalangem pugnatam, nihilominus invalida erit pugna. Frons enim minus profunda ferre non durabit. Sed enim si à tergo quoque premantur possites, luctuosa demum erit pugna, & praesens objicet pernicies; nam tenuis hic quoque series citò turbabitur. Aut si in frontem se audeant convertere, iam infelicitate configent, quam in prima acie collocati, & cingi facillime infesta manu poterunt. Hinc etiam veniunt, ut subsidia difficilem aut perperam mirti possint. Etenim si terga ductores antistibus, aut antistites terga ductoribus suppetias afferre velint, pluribus stadiis, ac longioribus invicem intervallis distent, itero admodum, aut nec oportune, subvenient.

Succinctum vero, & quadratum agmen portecto atque oblongo expeditus omnino tutusque est, si quidem in productiore, panici aliquando terrores, vani, ancepitique tumultus, cooritur. Primi scilicet, postquam è locis montosis ad nuda & plana devenerunt, postremo adhuc è tergo decurrentes cum inveniunt, prima facie videre sibi videntur adventantes hostes, adcoque congregati gestiunt, imò & nonnulli jam ad manus concitati veniunt.

Servitia, jumenta, omniaque impedimenta in medio agmine componenda atque comportanda curabit Imp. si retro non omnia tuta, & quieta suspicabitur, imò tunc in posteris fortissimos, praestantissimosque collocet, nec putet in istis ad irruptionem subitariam retundendam, minus esse debere momenti, quam in primis.

Praemitat etià equites, scrutandis explorandisque, maxime cū sylva penetranda, aut circūspice collibus, solumque pervadenda. Saepenumero enim struuntur ab hostibus insidiae, quae si adversarios fallant, re eorum universè peritum, opprobriaque si vero subtili aliquantulum Ducis diligentia detegantur, maximum prudentiae argumentum hostium Imperatori exhibent.

Nimirum aperta & aequata agri planities, cuius vel parvum prospectum manifeste se prodit. Nam interdum pulvis excitatus, hostium commoentium index est: & nocturni ignes collicuentes, armatos in proximo esse praenuntiant. Praelium non commissurus Imp. castra moveat interdum, si vero compendii commodive aliquid laudeat, quod casuum ac tutum fore existimet, etiam nocturno. At ubi jam ferro cernendum erit, simul ac in hostium conitum venerit, jubet agmen progredi suspensio nocturno, pederentium, caveatque ne hic illucque cursiter: Nam plerumque impetiva corporis defatigatio, multum de servido, & acri illo militum robore minuit, & absumit.

Per locas regiones iter faciens, edicat, ut milites se illis locis abstineant, nihil illorum aut attingant aut corruptant. Omnis enim exercitus, dum in armis est, immo desit per multa appetere amaram praecipue, cum perperasse aliquid licet: quaeque se oculis alteri subjiciunt commoditates, maxime titillat, & allicunt impotentem habendi cupiditatem, ac saepe vel levissima data occasione, abalienati divertunt animi sociorum, imò & intensissimi hostes fiunt.

Hostium autem possessiones funditus perdat, ambore, caedere, depopulari proderit. Damnosam enim clades, & opum fructuumque penuria, beligerandi vires illis adimet, quas abundantia fovebat ac suppeditabat.

Aliquando tamen ante comminandi debet Imp. quam facere, nam calamitatis inferendae meos periclitantes admittit multa quae renebant, saepe cogit: ubi ea semel illata fuisse, datur

A dum se nihil pejus pati posse animadvertunt, caetera omnia quasi pro derelicto habent. Enimvero si diutius in hostili solo habenda castra putaverit, eis tantum deperdat, quae utilia sibi non fore prospexerit: illis autem, quae si integra serventur, suis etiam professe poterunt, parcat. Collectis contra, & quoque omnibus copiis, in se detatis fossisque regionibus, diu cunctando, fertur, ne desideat: nam amicos majore quam hostes multare detrimendo. Inde igitur armatum manum, si commodum est, & licet, congestim abducatur: nam in hostium agris, si optimi sint, & fertiles, opipare, & affatim veter: sin minus, at certe suos non valetabit, & multa etiam ex alieno agro, quamvis non ita ubere ac lauto, eliciet commoda. Erit etiam boni Imperatoris, curare, ut mercatoribus liber, & securus terra marique annonae convendendae pateat aditus, ut plena fecunditate impigrit, necessarias merces commodius apporet, *cap. 5. & 6. Strab.*

Idem: Si quando per angustias, aut praerupta, & avia loca decedens exercitus, periculis erit, copias nonnullas praemittere, montium verticibus, angustiarum quoque faucibus praecoccupandis, ne si prius illic hostes confederint, transitionem ardeant. Quod etiam observandum, si hostium metuatur impressio. Nam utide quidem est, aliquid semper in illos moliri ac tentare, sed ab illis quoque caveat plane necessarium est. Nec solum Imp. invadendis hostium finibus avidè immittit, sed proinde suos etiam, ne usarperant, occludere, *cap. 7. Strab.*

Leovera Imp. Praecipuus igitur dignitati tuae, ait ad filium, ut pro veteri more consuetudineque tua milites, & duces ex iis eligas, quos ad belli usum maxime idoneos judicaveris. Ex omni ditione sub tuum imperium subiecta milites eliges, neque adolecentes, neque senes, sed fortes, robustos, alacres, divites, ut in expedito, & prociucto cum sint, id est, in castris, & in ipso castra ac multitudinem exercitus, quod hodie fossatum appellamus, ad rem privatam suam, & domesticam quasi militiam, occupatos domi habeant alios agricolas, & ut armatarum & caetera quae multae necessaria sunt, subministrare possint: & ut liberas interea aedes ab omni alia publica servitute habeant. Nostrem enim commilitonem (nam sic eum vocamus, qui pro nostro regno, & Rom. hoc Imperio strenuum est in bello publico) nolumus, ut ulli cuiusque modi C servituti nisi tributo gesserit subiaciat.

2 Dividatur igitur universus sub imperio tuo exercitus in tagmata five banda, id est, cohortes diversas: & subdividatur in decurias: ita quoque distribuantur in contubernia: haec ex quinque viris consuntur, quae etiam interdum ex decem viris, quae decuria appellatur: sicut contubernium interduum unum decuria est, interdum duo.

3 Itaque exercitus in cohortes, & decurias universus describitur. Praeficiantur illis duces per decurias, & drungos, & turmas, & per alias praefecturas, qui accommodatissimi sunt, & qui fideles sunt & benevoli nostro hinc Rom. imperio, & qui fortes esse existimantur. Nihil prohibet autem, quin & locupletes copiosique homines, & qui genere atque animi virtute nobiles sunt, duces fiant. Ingenuitatem enim habebant, aut in ipso quasi articulo temporis imperata faciat: abundantiam autem divitiarum, ut possint militibus è copiis suis interdum aliquid subministrare. Etenim parvus hic sumptus si à ducibus, & praefectis erga milites sibi subiectos fiat, benevolos reddit, & amicos illis, & periculosis discriminibus ad vitam profundendam paratos facit.

4 Alii igitur ex iis qui honoratissimi sunt, assessores Imperatoris sinicali autè addunt, & participes universi consilii, sociique saepe, si usus ita ferat, etià secretissimi, & occultissimi consilii sint. Interdum enim fortasse etiam qui optimus est, cogitat secum quid utile sit, & hoc quod ipse invenit, sine ulla dubitatione optimum esse putat. Sententia enim, & consilium uniuscujusque si singulari, & unus solum hominis fuerit, in suis ipsius inventu solum inveniatur: aliorum autè hominum consilium si adjugatur, examinatur hoc consilium & quale sit, elucet, & semel à pluribus approbati, nihil lubricum aut anceps cõtinere creditur.

5 Par est igitur, quemvis Imperatorem (ut rursum tibi eisdem de rebus praecipiamus) neque ita animo incerto esse, ut ipse sibi ipsi omnino diffidat: neque contra ita praeracto, & singulari animo, ut nolit ad hominum aliorum consilia attendere. Necesse est enim, vel si omnium consilium sese det, & nihil sibi ipse tribuat, saepenumero in crebras offensiones incidat: vel si aliis nullo modo nitatur, sed sibi soli fidat, turpiter saepe prolabatur. Restat jam, ut primo tibi omnium praefectorum simpliciter nomina recenseamus, deinde notas quasdam illorum quam paucissimis exponamus.

L. B. T. beaur. vit. Human. Tom. 1.

6 Caput igitur omnium Imp. erit: post illum Metarchas, id est turmarum praefecti: tum Drungarii, id est, tribuni: deinde comites, id est bandorū five cohortium praefecti: post hos cõditiones: deinde decant, id est, qui praefecti contuberniorum sunt: deinde quintani, & quartani, qui quonia ultimi in cõtubernio seu ordine juxta altitudinem, vel latitudinem instruat aciei collocantur, *cap. 20. id est, caudani five ultimani nominantur: extrema enim totius cõtubernii pars quasi cauda corpori, sic ea reliqua cõtubernio adheret. Aequa ista praefectorū sunt nomina. Sunt autem & alii in unaquaque cohorte five bado praefecti separati, ut bado phori, tubicines five buccinatores, ad ministrarii, despotati, mandatores, & cohortatores, qui oratione sua milites ad praelium excitent, quos ante nos recentiores artis militaris periti, Latine cantatores vocabant: & alii praeterea ad usus rerum emergentes quotidie separati, ut scribones: haec enim vocabula hoc tempore in hac Reipublica forma usitata, & recepta sunt, antiquis vocabulis quemadmodum suo loco dicemus, penè abrogatis.*

7 Imp. igitur appellatur, qui universo exercitui praesit, & administrator illius quasque praesit est. Principes autem qui proximum huic locum tenent. Existimo certe, majores, eos quos nunc Principes appellamus, Imperatores olim nominasse: quia principes uniuscujusque ditionis fua quasi Imperator est, & hac de causa principes Imperator appellatur. Imperator autem probè dicitur, qui à Rege, ut omnium caput sit, mittitur, sub se principes habens: nunc autem nullus princeps in bello cognoscitur, nisi qui Metarchas, id est, praefecti turmae five Turmarchae, vocantur.

8 Turmarcha turmae praefectus, qui olim metarcha vocabatur: is *uēpas*, id est turmae five partis imperio praeparatur.

9 Drungarius five tribunus dicitur, qui uni *uēpas*, id est, particula five cohorti militariae praesit: *uēpas*, id est, pars, quae etià turma dicitur, ex tribus *uēpas*, id est, particulae five drungis conficitur: *uēpas*, autem, id est, particula five drungus, est ex cohortibus, five ex iis hominibus qui comites esse dicuntur, constata multitudine.

10 Comes est unius cohortis five bandi praefectus.

11 Centurio est, qui centum viris praesit, qui sub comitem subiectus est.

12 Decanus est, qui praesit decem militibus: quemadmodum quintanus, qui quinque: qui in medio cõtubernio constituitur.

13 Quartanus est, qui & custos dicitur, *uēpas*, id est, caudanus five ultimani, & extremus in contubernio stat. Copiosior enim praefectorum divisio plures in exercitu strenuos viros indicat, plures milites alacres tum ad facile obtemperandum, tum ad imperata faciendam praestat.

14 Et bandophorus, id est, signifer, qui signum cohortis five bandi gestat.

15 Despotati appellabantur olim, qui nunc scribones vel chirurgi dicuntur: hi aciem sequentes, lauciatos in praelio curant, quemadmodum Medici, & ad sanitatem revocant.

16 Mandatores sunt, qui mandata à principibus ad milites facile perferunt.

17 Lochag, id est, manipuli praefectus, dicitur primus in cõtubernio juxta altitudinem, qui & primanus & praefectus dicitur.

18 Secundanus est, qui secundus est in contubernio, qui & subites, & altes dicitur.

19 Caudanus est, qui in extrema parte contubernii, id est, in cauda ordinis stat.

20 Curiores dicuntur vel propugnatores, qui aciem antecedunt in belli consuetudine, & qui in fugientes hostes omni dimicatione invadunt, quos vocant proclistas.

21 Defensores five subsidiarii sunt, qui istos sequuntur, tamen excurrunt, & ordinem & stationem suam deserunt, sed simul & cõferunt ambulat ad vindicandam sortem cursum, si forte illos, quod usu venire plerumque solet, in fugam verti contingat, quos jure quis vindices vocaret.

22 Ceniores, qui fossata five castra metantur, & constituunt, quos mensuratores five metatores vocant.

23 Anticenos five metatores alios quosdam antiqui Romani appellabant, quos nunc, ut arbitror, cum mensuratoribus confandentes, nullo certo nomine appellant. Isti in castris movendis anteunt, & idoneas vias locaque exquirunt ad castra ponenda, eaque, qualia esse debent, advertunt.

24 Scultatores, id est, speculatores, qui res hostium exquirunt, & narrant.

25 *Παροπιστατες*, id est, laterones five laterani, qui ad laterum custodiam primae aciei constituebantur.

26 Cornifites sunt, qui ad cornua hostium circumdanda constituuntur.

A 27 Insidie nominantur, qui in occultis locis adversus hostium aciem parantur.

28 Tergites sunt, qui post aciem universam constituntur.

29 Tuldum, sive impedimenta, est apparatus universus, & utensilia militum, ut pueri & iumenta, reliquaque animalia, vel si quod aliud instrumentum ad usum castrorum adiungitur.

30 Expeditio quoque exercitus in quibusdam praefectura dividitur: ut in cohortis comitem, & in domesticis ditiois administratorem, & omnino in reliquis consuetae expeditionis administratores, quos recensere supervacaneum est.

31 Protonotarius ditiois & Chartularius, atque etiam praetor sive ditiois suae iudex, alter urbanarum rerum administrationi qui praestit, alter qui exercitus descriptioni, & inquisitioni praestit. Hic controversias eorum qui in jus veniunt, dissolvit. Istos quamquam Imperatori in multis obedire oportet, tamen quod ad privatam suam administrationem rationes spectat, ad regnum nostrum pertinere volumus, ut ex eo civilium, & bellicarum rerum administrationem, & constitutionem tutius cognoscamus.

B 32 Universum igitur exercitum in diversa agmina, id est, cohortes, Imperator dividit, & illis principes praeficit, prudentes, fortes, atque accomodatos illis.

33 Ex unaquaque cohorte sive bando centuriones elige, prudentes, fortes atque strenuos: deinde decanos, eosque strenuos atque invictos, & si fieri poterit, sagittarum jacendarum peritos. Post decanos, quintanos quartanosque tum contubernii custodes, id est, eos qui ad altitudinem contubernii custodiendam constituti sunt, qui ex singulis contuberniis duo sunt, ut ex unoquoque contubernio viri delecti quinque sint. Eos qui in contuberniis restant, sic instrue, ut fenes adolescentem simul pro ratione, & numero exercitus tui inter se conjungas.

34 Ubi istos ad hunc modum constitueris, lectos ac nobiles qui restant variè distributo, pro uniuscujusque dignitate, seu vi & natura, optimos primo loco, reliquos permittè, tum extremo, tum medio in loco.

35 Itaque mandatores vigilantes, & prudentes eligere oportet, & bandophoros sive signiferos, praeterea duos ex unaquaque cohorte. Talis autem delectus in contuberniis Cadhibendus est.

36 Ubi pueri nulli sunt, ibi quemadmodum par est ex debilibus militibus ad impedimenta custodienda delectum virum unum, alium quandam prudentem militem ac idoneum signum aliquod gestantem designabis, quem tuldum, id est, famariam sive impedimenta sequentur.

37 Contubernia omnia describes, & quae in dextra cohortis, quaeque et quot in leva sunt, assignabis.

38 Contubernia in quinque vel decem, aut quatuor vel octo vel sedecim distingues, quemadmodum intellexeris, pro tempore hoc utile esse, ut consuetudine quadam conjuncti contubernales, pro se mutuo in praelio dimicent, & ad pericula suscipienda magis excitentur. Habeat quoque aliquem communem inter se usum, quodque contubernium, quemadmodum antea explanavimus.

39 Prudenter autem feceris, si amicos cum amicis, fratres cum fratribus, idque in ipsa praelii acie potissimum conjunxeris; quando enim periclitanti proximus admodum amicus est, necesse est, pro eo quem charum habeat, animo atque alacrius dimiceret. Alter autem, quia non redere gratiam vite pro se tam fortiter propugnanti erubescit, hunc bene meritum deserere, & tergiversari sine rubore non potest.

40 Contubernia autem, ut jam praediximus, propterea à provectioribus simul, & junioribus militum fieri oportet, ut ne provectiores per se ipsos collocati debiles, atque imbecilles sint; juniores autem, nempè rerum imperiti, perturbatores reperiantur. Illi enim quantumvis fenes sunt, tamen experientes sunt; juvenes autem quamquam fenes sunt, tamen infensiores atque imperiti sunt.

41 Cohortibus igitur sive bandis ad hunc modum distributis, praefecti illis qui comites vocantur eligendi sunt: & unamquamque cohortem ex viris trecentis media quadam ratione constitues. Neque quamvis ingentem habeas exercitum, plus quadringentis viris in cohorte collocabis: neque minus, quantumvis parvum fuerit exercitus.

42 Illas cohortes congregabis in cohortes milliarias quas drungos, chiliarchias sive *paipas*, id est, particulas, vocabant antiqui, quorum praefectos tribunos sive chiliarchos, & drungarios vocabant.

43 Has igitur cohortes milliarias sive drungos conferes in E partes sive turmas, & praerunt illis ex electione nostra regia metarcha, quos nunc turmarchas, id est, numerum praefectos appellamus. Illos prudentes, modestos, strenuos esse oportet, experientes, & litterarum scientes, atque eum in primis qui mediae turmae praest, quem principem appellamus; qui ubi opus est, Imperatoris locum in omnibus supplebit.

44 Has igitur tres turmas constituere oportet, quarum singulis praerunt turmarcha, unusquisque turmae suae praefectus, ut sit universa Imperatoris exercitus sui divisio in tres aequales partes sive turmas, in dextram, mediam, & sinistram. Haec tria universam aciem continent, quae sub Imperatoris dominatum subijciuntur.

45 Oportet igitur, quemadmodum praedictum est, neque cohortem sive bandum comitis plus quadringentis tenere, neque cohortem milliariam sive drungum plus tribus millibus, neque turmam plus sex millibus.

46 Si vero contingat, majorem numerum esse exercitus, quam praedictum est, optimum est extra turmas eum in secunda acie, id est, post primam aciem in subsidiis collocare, vel ad laterum custodiam, ad tergites, ad insidias, ad obsidiones hostium transferre.

47 Neque igitur turma, neque drungi, id est, cohortes milliariae, majores sint vel fieri, quam praedictum est, ut ne si in aliquem majorem numerum producantur, minus obediunt imperatis, & perturbatores inveniantur.

48 Atque hoc tibi pernecessarium esse existimo, ut omnia banda sive cohortes nequaquam paria numero inter se facias, ne tum numerabilis exercitus tuus constitit fiat, quae res maximorum saepe malorum causa est. Hoc tamen perdidigenter observandum est, ut ne plures quadringentis, neque pauciores ducentis in bando sive cohorte collocentur.

49 Quare unamquamque cohortem si duas apparatus facias, praesepè, ubi confisendum cum hoste fuerit, non inutile ad pertretandis adversarios erit. Oportet autem ab unoquoque bando ad necessarios usus separari, ut dictum est, mandatores vigilantes, prudentes, acres, vocales, & si fieri possit, multarum linguarum intelligentes.

50 Et buccinatores quoque, qui quando occasio fertur G buccinantur Samiatores, id est, qui omnes acies fertes exacuunt. Fabros arcuatos, & sagittarios, reliquosque qui ad rerum consuetarum effectum pertinent.

51 Constitues etiam qui res amissas collecturi, & dominis suis restituri sint.

52 Quemadmodum enim ad impedimenta equitum gubernanda praefecti constituendi sunt, sic ad impedimenta pedestrum eliges quosdam, quibus qui ad caragum pertinent, obediunt fenes.

53 Caragus dicitur ex carris, & aliis bellicis rebus munitio ad exercitum defendendum.

54 In unaquaque turma unum summum caragi praefectum esse oportet, & signum aliquod, quemadmodum in equis, sic in bobus unicuique ordini privatum adhiberi, ut facile cognoscat, & adverti ab suis possit.

55 Bene autem pedestris aciei mentionem fecimus. Oportet autem hujus divisionem facere, & in ea praefectos, & duces majores, & minores constituere, & illorum quoque nomina perscrutari, quemadmodum ab antiquis rei militaris peritis accipiuntur; & quemadmodum recentiores suam ipsorum H infirmitate aciei formam constitutionem nobis reliquerunt.

56 Antiqui enim multitudine hominum ea abundabant qui olim armati, nunc scutati vocantur: quamquam hoc nomen propter magnam rei militaris atque industriae bellicae negligentiam penè ab omnibus ignoratur. Horum igitur scutatorum cohortes ex sedecim contuberniis faciebant, id est, ex viris ducentis, & quinquaginta sex, unumquodque contubernium virorum sedecim quadrata forma, & numero. Invenitur autem in illis phalanx pedum quater mille nonaginta sex, quae vocantur aciem pedestrem, & praefectum illorum Imperatorem.

57 Praefectam autem aciem faciebant ex cohortibus sexaginta quatuor, contuberniis mille viginti quatuor, hominum sedecim millibus trecentum octoginta quatuor. Levis armaturae autem, ut sagittariorum, jaculatorum, funditorum, octo millia centum nonaginta octo, ut acies levis armaturae dimidia sit acies scutatorum vel gravis armaturae. Equitum autem qui cum his instruantur, & pedestri aciei admiscerentur, quater mille nonaginta sex: & istorum praefectus dicebatur Imperator.

A 58. Et ista quidem ad hunc modum partiebantur. Cohortes scutatorum in fronte pro prima acie contra hostes collocabant, & hanc in quatuor partes, sive turmas dividebant, dextram, sinistram, dextram mediam, sinistram mediam.

59. Levis armaturae cohortes, quia truces, & agiles erant, vel ante omnes collocabant ad persequendos hostes, vel ad latera obliquabant, vel ad tergum prima aciei constituebant, vel quemadmodum usus placebat, describebant, de quibus separatim dicam.

60. Equites in duas turmas, sive partes dividentes, ad latera pedestris aciei collocabant, nempè ad iutores, & ex pedibus incursores hostium.

61. Urigitur, ne omnia percussendo nimis curiosus sim, lochon, id est, manipulorum, & *metas*, id est, acierum, & eorum, qui his praest nomina, propterea quod ex usu militari jam exceperunt, & quia incerta, atque incomprehensibilia omnibus viris militariis sunt, & ut, ne tempus inaniter consumamus, praetermittamus; & haec, quae magis necessaria ad usum sunt, & ad cognoscendum certiora, & magis compendiariorum, persequar: Illa enim, ut videtur, equitum acies, atque pedum pro ratione multitudinis militum fuerant, cum tot strenui, ac fortes invenirentur milites.

62. Nunc vero imperator, cum multo pauciores sint milites in exercitu, quam olim fuerant, non modo aequalem, sed etiam longè minore numerum habeat, non facile est numerum cohortis, neque equitum, neque pedum definire, ut ne, si vel superes numerum ducentorum quinquaginta sex virorum, otiosi sint, vel rursus, si ad alias cohortes adjungantur, quasi inordinati milites, inutiles existant.

63. Cohortis tuae numerum facias pro multitudinis tuae ratione, & multitudinem virorum praesentium, pro virtute, & fortitudine militum tuorum colloca. Unumquodque autem bandum, sive cohortem praefectum suum comitem habeat strenuum, prudentem, fortem, & manibus confertis ad praellandum habilem.

64. Contubernia vero singula pedum diligenter observare oportet, ut sedecim hominibus fiant ad labores praellii suscipiendos idoneis. Numerum autem aciei pro ratione exercitus, & multitudinis tui facias.

65. Hanc vero aciem ex quatuorcumq; fuerit cohortibus, & contuberniis, in quatuor (ut supra dictum est) turmas divide: in dextram, cui praest dexter turmarcha: in levam, cui levus turmarcha: & in duas medias turmas, in quibus erit Imperatoris cohors, sive bandum.

66. Praeterea integram hanc aciem oportet etiam paucos quosdam habere scutatos, & velites in subsidiis, qui duces suum peculiarem habeant abste etiam designatum, ut si quando opus fuerit, in extremis oris instruat aciei extra equites sint, vel inter carros, aut alius in locis, cum suis ipsorum decibus excurrere opeant ferant.

67. Oportet autem, si minor numerus viginti quatuor millibus pedum sit, universam aciem in tres solum turmas dividere, & in media Imperatoris bandum, sive cohortem collocati oportet, cui caetera banda obediant.

68. Prius autem divides velites in homines, vel sagittandi peritos, vel certe habiles ad discendum, si qui duces aspectu juniores fuerint, qui per omnia loca, ubi velint, saltare possint. Si enim supra viginti quatuor millia fuerint, dimidiam illorum partem elices: sin pauciores fuerint, tertiam uniuscujusque numeri partem assumes, & illos in decurias, sive contubernia, ut ante dictum est, divides: illisque decanos bonos, atque idoneos praeficies, unumque etiam omnium duces Praefectum sagittariorum nominabis.

69. Reliquarum duarum partium dimidiam, octodecim virorum seniorum simul, & juniorum contubernia divides, & duos ex iis octodecim, qui debilissimi sunt, seu potius omnes, qui supra sedecim sunt, ad carros, reliquaque sarcinas servandas operam navare oportet: sedecim autem reliquos in acie consistere, & praesentibus illis manipulares duces, sive decanos oportet strenuos, atque idoneos.

70. Octo vero ex iis sedecim, qui meliores sunt, primos & postremos contubernii, sive manipuli consistere oportet. Nam sedecim virorum contubernium, manipulum antiqui vocaberunt. Constitue autem eos oportet in primo, in secundo, in tertio, in quarto loco, in xvi. in xv. in xiv. in xiii. ut altitudine ad quatuor hominum numerum descripta, sinetur tum frons, tum cauda, id est, extremum agmen: Reliqui vero octo imbecilliores in medio collocandi sunt.

71. Istos sedecim nominabis, seorsim per primos, & feci-

dos, vel per praefectos, & astites. Duo autem ex illis binomines erunt, & primus quidem vocatur lochagus, sive manipularis dux primus, sive protostates; alter autem vocatur decarches, & secundus, sive astes, & deinceps similiter: ut universa acies ex praefectibus, & astitibus instruat.

72. Ut autem obedire facilius possint, & idonee inter se vivere, melius est illos in duo solum contubernia dividere, ut primi, sive praefecti sint cum praefecto manipulari, secundi autem, vel astites sint cum decano: ita fiet, quamquam in vitae cultu separantur, in acie tamen adunati illi sedecim, consilio, mandatoque manipularis praefecti obtemperent. Hoc modo acies optime conservantur, & illi facillime obediunt erunt.

73. Utile autem est, si fieri poterit, non solum secundum virtutem, vel strenuitatem unumquodque contubernium scutatorum ordinare; verum etiam juxta aetatem, ut provectiores aetate, si anteponantur, magis parentem, atque obediens manipulum faciant. Ut vero, ne omnia ad strenuitatem, vel ad aetatem referamus, oportet eos, qui alacriores, & generosiores sunt, in fronte, & cauda, id est, extremo contubernio, imbecilliores autem in medio, quemadmodum praediximus, collocari.

74. Propterea autem antiqui ex sedecim viris pedibus contubernium in militia designaverunt, quoniam hic numerus tum idoneus est, quem transire non oportet, tum in omni militari usu facile, & nullo negotio dividitur, & scaturit, ut quae ad unum virum. Atque haec quidem de exercitus divisione, & constitutione, & de decibus hinc praefectis, tum majoribus, tum minoribus, à nobis dicta sint. *Cap. 2. T. ultimum.*

Idem *Leo Imp.* rursus ita solum suum instruat: Belli timore jam imminente, universum exercitum unum in locis coges: non tamen in unam aciem omnes copias tuas, si multae, copiosaeque fuerint, institues, ne propter numeri multitudinem aciem perturbent, & propter vastam ejus magnitudinem minus obedire imperatis tuis possint: sed supervacaneum numerum divide, & secundam aciem ex eo instrue.

2. Qui enim universis equitum copiis pagnat, & unam in aciem adversus hostes omnem exercitum confert, neque in adversos belli, atque ancipites casus intuetur, neq; procurat, quemadmodum aliis copiis, si quid accidat, impugnare cum hoste possit; hic vir mihi videretur admodum imperitum rerum esse, & in manifestum discrimen seipsum conjicere. **G**

3. Neque enim numero hominum, neque impotenti audentia, neque sola conficiatione ipsa bella conficiuntur; sed secundum voluntatem Dei, arte bellica, & Imperatoris factis, & consiliis bene administratis, cum quadam exercitus alacritate, bella prosperè succedere solent.

4. Prudentia autem, ac moribus haec sunt, tamen pro ratione temporis, ut diei, noctis, hyemis, serenitatis: vel pro locorum siti, ut insidiarum, angustiarum, subitarum incursum: vel pro rerum aliarum multarum ratione occurrat hostibus, ut praeter commune, & publicum bellum, alia ad victoriam consequendam instituas. Hoc enim admodum salutare, ac necessarium est, ut intelligentia, prudentia, magnitudine animi, arte militati hostes tuos superes.

5. Atq; haec quidem prudentia, factisq; Imperatoris praefectis: Scienter autem bellum geres, si idonea cum acie exercitum variè, ac tuto diviseris, aut conjunxeris, ac ordine quodam militari hoc feceris, atq; in hostes invaderis.

6. Neque vero te ipsum solum ab hostium dolis, incurfionibus, consiliis tutum, conservabis, fed etiam aliquas adversus eos machinationes feres. Unde & majores nostri hoc H quasi utile observabant, nempè ordinis conservationem. Ac idè exercitum in turmas, drungos, id est, cohortes milliarias, tagmata, sive cohortes, centurias, contubernia, ac reliquas partes ad usum bellicum idoneas partiebantur, atq; instruebant.

7. Neq; enim par est in unam solum aciem omnes copias conferre, neque in uno momento djudicationem, & administrationem tantae equitum multitudinis ponere, praesertim cum tibi permagna militum multitudo adfuerit. Si autem quemadmodum usus fuerit, & tibi commodissime videbitur, exercitum instruxeris, res varias, ac diversas bene administrabis.

8. Multos autem, & varios adversos casus videmus contingere, quando in unam aciem universas copias quis cogit, in primis autem eos, qui contraria, sive hasas gerunt, nam cum ingens numerus sit eorum, qui in exercitu sunt, magnum intervallum spatii occupabunt.

9. Deinde cum multa occurrant iniqua loca, inaequaliter quoq; & haud morigeram aciem, nempè vastam, esse oportet, par-

A partemq; cōtinuè inter se conspirare, atq; adeo ante pugnam inceptam, perturbatam & dissipabilem invenimus. 9. Quod si hostibus hoc contingat, ut longitudinem aciei nō ultra sperent, id est, ad nos circumcludendos subito ad cornu irrumpant, acies reliqua, quæ à tergo, & lateribus est præsidio delicta, nemine jam aciem sublevante, necessario ad internecionem venit.

10. Prælio jam commisso, propter longitudinem aciei videmus sæpè comites cum suis bandis, sive cohortibus aciem occultè deserere: que res cæteris omnibus occasionem offert miserabiliter fugiendi. Veris enim in fugam illis, nulla intermissio fugiendi, nulla spes revocandi est. Nemo enim eos à fugiendi repellere, aut ad stationem reducere potest jam ad fugam incitatos.

11. Si verò feliciter se bellum gesturos putant, qui unam in aciem se instruant, & ante se in prælio repulsiros hostes existimant, ubi universa acies dissipatur, & omni impetu fugientes hostes insequitur, si contingat eos iterum se adversus copias tuas dissipatas vertere, aut copias alias subito ex insidiis intervenire, nulla causa est, quæ, qui insequantur, statim diffugiant, cum nullos in promptu habeant, qui hos de improvviso intervenientes repellere, aut refutare possint.

12. Unum autem, idque solum subsidium habere eos existimo, qui universas copias unam in aciem conferunt, ut inimicis videantur cernis perfecta, atque ingentes copie esse. At hæc res speciem solum utilitatis habet, utilitatem autem nullam continet.

13. Alterum autem subsidium est, quod una hæc instructa acie, ad circumfundendos, atq; intercludendos hostes aptiores erunt, si id artificio quodam, & cum decore fiat.

14. Duplicem insidiam aciem, ut una alteri subsidio esse possit, quantum humano judicio percipi potest, multa & magna, & præclara bona in se continet. Ac primum sanè est, quod prima acies, cum alteram à tergo subsidiariam habet, fortius, atque alacrius cum hostibus dimicat. Deinde extremæ oræ, tum dextræ, tum sinistræ, latronibus sive lateranis defensæ, majore cum animo, ac cupiditate bella gerunt. Maximum autem subsidium est, quod secunda acie à tergo instructa, qui in prima stationem suam deserunt, in fugam non vertuntur, veriti secundam aciem, & suspicionem ignavie timentes: hoc enim utilitatem in bello afferit.

15. Prima acie, quemadmodum sæpè usu venit, profligata, secunda acies sæpè præsidio illis, persequitur, unde rursus adjuti, revocatiq; adversus irrumpentes hostes iterum se convertunt.

16. Atq; etiam, quando qui in prima acie sunt, hostes suos strenuè, atque alacriter persequuntur, si, quod fieri solet, vertant se iterum hostes, aut aliunde subito novi hostes intervenire, secunda acie occurrens, primam aciem congregat, & conservat.

17. Sed quod absit, si prima acies protinus repellatur, neq; revocati ad pugnam cū hostibus poterit, secunda acies cōstitutam instructa adest, que secundum prælium iterum inear, & de summa rerum etiam deceret, prima acie universa fusa.

18. Necessè est enim aciem hostium post bellum jam commissum, & confertas manus, dissipatam atque aliquantulum inordinatam esse: secunda acie nostra adhuc integra, atque ordinata, que certè ad victoriam magna præsidia habet, cum instructa, & perfecta adversus consulam, & perturbatam hominum multitudinem dimicat.

19. Neque verò solum necessaria est copiarum nostrarum in duas acies divisio, quando pares, atq; æquales nostræ, atque hostium copie inter se fuerint; sed tum in primis, cum majores, ac plures nostris ipsorum copie fuerint.

20. Sin quis dicat: Quenam tandem hujus secundæ aciei utilitas esse potest? prima enim acie fusa, & repulsa, secunda acies facillè tergiverfatur, & in fugam se dat. Is cum hoc modo cogiter: Si duabus aciebus instructis bellum lubricum, atque anceps fuerit, quidnam quis existimare debet una solum acie apparatus futurum, cum præsertim hæc rejecta, nihil habeat, quo juvare se, atque recreare possit?

21. Sin iterum objiciat, copias has in duas acies divisas, longiores & tenuiores justò esse: intelligat, iis duabus hoc effectum iri, ut cum moderata magnitudine sint, & propè se adjungantur, nulli à prælio sperari, sed formæ acierum mutare sint, & alteram ante, alteram retrò locantes, utramque aciem munitionem, firmioremque reddimus.

22. Propterea autem par est equestres copias, sive majores, sive minores sint, in plures, diversasq; partes dividere, quia necesse est te certa quadam, definitaque moderatione omnia instruere, cum adversus hostes dimicas, qui in bello tum

artem militarem, tum ordinem bellicum observant.

23. Si poteris, nulla ratione bellum geras, cum hostiū plures copias esse intelligis. Primò cognoscende diligenter hostium copias sunt, tum bellum statim inferendum est.

24. Si pedestrem habeas exercitum, hujusmodi aciem instrues, qualem tibi statim explicabit in acie pedestri, & acie mixta equitum, ac peditem instruenda.

25. Sin soli equites fuerint, & adversus equites bellum suscipiendum est, in tres equestres acies universum divides exercitum.

26. Primam aciem, que *ἀγχιμαχία*, id est, propugnatrix dicitur, in tres partes divides, unaquaque parte, sive turma, in tres *υἰσπας*, sive drungos, id est, cohortes milliarias divisa in media autem parte, sive turma *ἀγχιμαχία*, id est, principem, sive propretorem tuum, in dextra, sinistraque parte, turmas suos in medio drungariorum, aut *υἰσπας*, id est, tribunorum collocabis.

27. Has tres turmas constitues ex iis, qui ad incurfiones valent, quos cursores, & proclatas nominant, & ex his, qui cursores excipiunt iterum à cursu redeunt, atq; eos defendunt, quos defensores appellant: ut uniuscujusque turmæ tertia pars cursores sint, due reliquæ partes in medio exercitus defensores sint, qui istos cursores vident, & defendunt.

28. Primam aciem sic instrues. Ad sinistram partem, quam maximè, & facillimè circumvenire hostes solent, duas aut tres cohortes ejusdem partis, ut sint *παρασπινάξας*, id est, latrones, sive laterani, assignabis: cohortem præterea unam, aut duas ex sagittariis, qui *ἀσπίδας*, id est, cornitales, ad circumdandos hostes, & circumvallandos constituantur: hos ad dextram ejus partem collocabis. At primam aciem sic instrues.

29. Secunda aciem, que subsidiaria dicitur, sic instrues, ut tertia pars totius exercitus in se contineat. Eam autè in quatuor partes divides, & unius sagittarum jactu ad latera ejusmodi partes à se mutuo distent. Has partes accipiet, & ad utramq; partem inflexas, quas *ἀποσπασίας*, seu *ἀντιπύκνας* dicit, efficit, ut qui anteriores sunt, ad frontem custodiendam parati, atq; armati sint, ut etiam si à tergo de improvviso hostes irruat, convertant se, & ad resistendum hostibus habiles reperiantur.

30. In extremis oris aciei hinc, atque illinc post aciem instructam, quasi unius sagittarum jactu, educes ex una cohorte ad aciem tergillitum, quasi ad tertiam aciem instruantur.

31. Ut autè loca, five intervalla, que in medio secunda aciei sunt, adunata omnino, junctaq; inveniantur, & universa acies quasi unū corpus appareant, neq; in cundo diltrahatur, necesse est, ad hæc intervalla in medio complenda, de cohorte aliqua quosdam equites eligere, qui ad duorum, vel quatuor potius hominū altitudinē, si magnus fuerit exercitus, instruantur: ut si quando occasio fuerit primæ aciei partes ad fugam inclinatæ excipienda, hæc tres cohortes retrocedentes, & in angulum se contrahentes, opportuna loca ad illos excipiendo præparat, simulq; in fugam vertens in hanc locorum opportunitatē recipiat, eolq; qui tergiverfari volunt, & ad fugiendum se præparant admodum, retineat, & ad tertiam aciem cum tergillitibus juncti, sæpè hostes ad secundam aciem perfringendam incurfant repellant, & quasi dissolubilem secundam aciem efficiant. Atque hæc, si magnus fuerit exercitus, abs te fiant.

32. Sin mediocrem habeas exercitum, hoc est, à quinque, millibus hominum ad decem, aut duodecim millia, secundam aciem non ex quatuor partibus, sed duabus solis efficias, unum solum spatium, aut intervallum ad profugatos, & repulsiros milites habeas.

33. Sin pauciores copias quinque millibus hominum habeas, secundam aciem ex una solum parte efficias.

34. Ad hæc omnia præcipimus tibi, ut tria, aut quatuor bāda, sive cohortes ad insidias hinc, atque illinc exercitus tui colloces, ut alteri ad levam instructi, insidias ab hostibus susceptas, reliquaq; molitiones prohibeant: alteri ad dextram constituti, ad insidias, incurfionesq; hostibus inferendas præparentur, si locorum opportunitas id fieri permittat.

35. Adnotabis etiam eos, quid ad latera aciei hostium obliquantur, & que a tergo incurfiones, atque impressiones sunt, si adversus hostes bene & prudenter instruantur, efficiantur, atque utiliores sunt: im dicationibus, que directè coramq; geruntur. Quamvis enim pauciores ita fuerint, hostes tamen subito intercepti, & circumclusi ejusmodi incurfionibus, magnas offensiones accipiunt. Nam neq; ipsos conservare, quamvis pares numero fuerint, possunt: neque si plures fuerint, à timore tamen, & formidine abesse possunt, cum plures longè arbitrentur esse eos, qui incurfiones faciunt, quam revera sunt.

A 36. Observandum autem est, haud par esse, sine magna necessitate, ut paucæ copie cū magno, & instructo exercitu dimicet. Sin fieri non potest, quin præleris, ne apertè, & coram invadas, sed vel à tergo, vel ad latera incurfionem in illo facias.

37. Erenim valde lubricum, periculosumque est, coram atque ex adverso cum ulla natione preliari, præsertim si pauciores fuerint copie, que ad unam instruantur.

38. Ad summum autè mandamus, ut universæ copie equestres in primam, & secundam aciem belli tempore distribuatur, idq; maximè cum magnum exercitū habueris: & quemadmodum supra dictum est, incurfiores sive proclatas, qui in acie cæteris antepositi hostes adoriuntur, & in defensores, sive vindices, qui instructi consistunt, & ad excipiendos cursores, si minus processerint, sed re infecta, aut offensione accepta redierint, constituti sūt: tū in lateranos, & cornitales, id est, qui ad circumvallandos hostes parantur: & in insidias, & in subsidiarios, qui à tergo constituntur, eolq; impediunt, qui stationem suam deserentes, fugā quaerūt: & in tergillites, qui retrò à tergo omnium ad universi exercitus custodiam collocantur.

39. Si integram habeas exercitum, & poteris eum in duas, aut tres acies, aut etiam plures dividere, ut comparatè ad nos hostium copias, pauciores, atq; imbecilliores videantur, si simul & confertum in unam ex aciebus tuis irruant, cæteræ acies, vel ad insequendos eos, vel ad circumveniendos instituantur.

40. Altitudo aciei equestris, quemadmodum antiqui descriperunt, ad quatuor solū equitum altitudinē constitui debet: plures enim si fuerint, nullā utilitatē, aut commoditatē apporantur. Neq; enim, si quid accidat, possunt, quemadmodū pedites, aliquam impressionē facere; & in eam etiam inviti à sequentibus incitari, impetum in hostes faciunt, equi autem equos anteriores, sed pedes faciunt, impellere nō possunt. Neq; præsidium aliquod majus erit præstitibus, id est, iis, qui in fronte collocantur, sive hi sagittarii, sive hastati fuerint.

41. Hastati enim, qui post quatuor equitum constitunt, hasta uti in anteriorem partem non possunt. Sagittarii autem sursum coguntur sagittas jacere, propter eos, qui ante se consistunt; & ideo si defensores essent, inutiliores in pugna militari sagittæ eorum essent, quemadmodum quotidianus usus, experientiaque demonstrat.

42. Ac satis certè esset ad hunc modum descripta nobis quatuor equitum altitudo, sed quoniam sæpè pauciores fortes equites in cohortibus inveniantur, qui in prima fronte ad confingendum cum hostibus, & manus confendas committuntur, præterea par est, ut pro cohortium viribus altitudinem aciei tui describas, ad hunc modum.

43. In fortioribus locis, & in medio collocatis cohortibus ad aciem *ἀγχιμαχία*, id est, propugnatricem, ad sex equitum altitudinem eos collocabis: ad levam partem propugnatricis aciei, quoniam hi milites fortitudine præstantes proximi locantur, ad septem virorum altitudinem unamquamq; decuriam instrues.

44. Ad dextram rursum, ubi pari formidine viri collocantur, ac in levam partem antè constituebantur, octo equites collocantur: reliquæ & debiliores cohortes ex octo, aut decem viris per decurias instruantur.

45. Sin contingat ex deterioribus cohortibus in prima acie collocari, ad octo, vel decem illorum virorum altitudinem instruantur. Cohortes autem, que in secunda acie collocantur, ex electis quinque militibus, & aliis quinque administris, ad cursum conservandos, efficies, ut decem viros unaquaque decuria contineat. Hi autem sic instrudi, idoneis in locis constituantur.

46. Ad cursores, & insidias, nulla ratione plus decem virorum altitudinē acies instruantur, quamvis admodum imbecilles cohortes fuerint: neque ex electis cohortibus pauciores quinque viris. Itaque ad hunc modum idoneè dividendus tibi est exercitus, & altitudines acierum describenda, nihilque de longitudinē, & numero præstitum, aut perparum detrahendum est.

47. Si enim ad decem virorum altitudinem cohortes universas pari modo instrueris, ab hostium speculatoribus facile numerabilem exercitum efficias, præstitibus numeratis, universum exercitus numerum colligendo: quod minimè hostibus patefaciendum est.

48. Hac proportione, & moderatione conservata, quod reliquum superest exercitus, in secundam aciem conferendum est.

49. Mandamus autem, ut contubernia militum ex majoribus, minoribiq; natu certa proportione fiant, ne senes per-

culcati, infirmi, debilesque fiant, neque adolescentiores perturbati, atq; intractabiles, nempe imperiti, inveniantur.

50. Aciem tuā ad hunc modum armabis. Præsertim primæ aciei, & qui illi proximè adlat, astute sive secundum, & extremi contubernii custodē, quem, *ἀρπαξ*, id est, ultimum sive caudam nominat, hastatos facies cum reliqua illorum armatura: reliquos omnes in medio illorum constitutos, quos sagittas jacere faciant, sine hastis collocabis. Neque enim commodè arcum ducere potest ex equo, lava scutum tenens, & arcum. Sin sic exerceatur miles, ut quando sagittas jacit, à tergo apud conjiciat scutum, nequaquam hoc inutile videretur.

51. Ad hæc constituti abs te depotati quidam sunt ad primam aciem diligenter observandam, qui fauciatorum in prælio curam habeant. Ad unamquamq; cohortem, octo aut decem viros constitues agiles, atq; expeditos, sive armis, qui centum pedum intervallo suas ipsorum cohortes sequantur, ut eos, qui inter dimicandum graviter, ac periculose sauciantur, eolq; qui ex equis cadentes pugnant, & seipos iterum colligere nequeant, recuperent & conservent, ut ne strenui milites à secunda acie adventante conculerentur, & negligentia quadam jam vulnerati interimerentur. Itq; depotati, quotcumque conserverint, à questore Imperii nostri pro finibus militibus conservatis habeant nummum unum.

52. Tales deinde, postquam versi in fugā hostes fuerint, & secunda acies tranfirit, spolia que in primæ conficiationis loco inventa fuerint, congregat & præstitibus, sive contubernii sui decanis post confectum prælium tradat, cuius laboris & ipsi quoq; aliquam partem mercedem habeant. Hanc enim rerum fortuitarum præstitibus in bello prerogativam justam, atque idoneam esse arbitramur, quia in prima belli conficiatione maxima pericula, & discrimina subeunt. Hac ex re hæc præterea utilitas accedit, quod ad hostes cadentes depoliandos nulli ex equis descendunt, & stationem suam deserunt.

53. Ut verò facillè confendere equos possint, tum depotati, tum milites vulnerati, qui ex equis ceciderunt, par est, ut depotati duas scalas ad levam partem selle habeant, una ad emprothocurbium, id est, antilenam, alteram ad opisthocurbium, id est, postilenam, ut quando hi duo equum consensuri sunt, alter ad scalam anticam, alter ad posticam conscendant. Ferant autem depotati secum in phalacris aquam, quia sæpè fauciati animo desicere solent.

54. Belli ipsius tempore, hæc ne habeant flamma: in quo enim ad ostentationem, & pompam necessaria sunt, in eo ad bellum gerendum inutilia sunt. Si enim quis opportunè aliquid conjicere voluerit, sive jaculum, sive sagittam, flammulum magno impedimento ad id erit, ut vel propè ad scopum, vel ad spatium aliquod longum projiciatur. Sin sagittarum jacendarum tempus fuerit, flamma admodum retardabit agilitates à tergo sagittas emittentes. Ad excursions faciem omnes, conversiones, reversiones, hand parvo impedimento sunt: itaque in bello minime illi utendum est.

55. Ad splendorem aciei honestandum, ut eminus ab hostibus flamma in hastis cernantur, dum hostes intra unum milliare sunt, valent: tum verò retrahant ea, & in thecis suis reponant.

56. Ad hæc præcipimus, ut si fortes, ac strenuæ fuerint cohortes, ex singulis cohortibus duo, sin minus, ex singulis turmis, octo aut duodecim fectatores, & biglontes, quos speculatores, & excubias appellamus, vigilantes, indutriti, truces eligantur: qui ante bellum, & in ipso bello diligenter usq; ad totius belli exitum, iis in locis, in quibus eminus collocantur, diligenter suis turmis, & cohortibus prospiciant, & speculentur, nequa ex insidiis incurfio, aut dolus hostium obferverit.

57. Menfuratores autem totidem esse oportet, qui apostata, id est, castra anticipare, & dimetri debent, viaque providere, atque ad castra exercitum ducere. At de iis hæc à nobis dicta sunt.

58. Primam aciem sic dignitas tua instruet, ut propè se mutuo ambulent, neq; longius intervallum, aut spatium interjectum sit, quam ut ne se mutuo in itinere assilant, in nimis à se partes distare videantur.

59. Laterani, usq; dum hostes propè adfuerint, aciei reliquæ adjuncti sunt: tum autem sagittæ unius jactu, neque plus eo, ad levam recedant; idq; potissimum, quando longitudine hostium acies nostram aciem superaverit. Similiter cornitales, id est, qui ad circumcludendos hostes collocati sunt, ad dextram partem faciant.

60. Partes, sive turmas secundæ aciei ad latera, id est, obliquè, unius sagittæ jactu intervallo collocabis: à tergo autè, si-

Ave post primam aciem ambulent. Itaq; quãdã hostes longè a loco prælii ad unum miliare, aut eo plus absint, tam longè sequantur, ut ab hostibus cerni, advertiq; nequeant, ne si advertantur, aliquas infidias, molitionesq; adversus eas hostes intruant. Ubi autè hostes jam propè fuerint, & emergente, atque in conspectum secundam aciem adveniente, minime apparare aliquas copias adversù eas hostes poterint, ad sagittas quater jacta intervallum secundam aciem accedat, & primam aciem diligenter observet; nequidem abesse longè ipsius conficiationis tempore acies debet, ut ne omni præsidio destituta eam relinquat: neq; rursus nimis propè accedat, ne pulvere maximo excitato, ea cum prima acie permixta sit, & antequam discesserint, hostes insequi primam aciem putetur.

61. Cohortes, quæ post oras secundæ aciei hinc, atque illic utrinque locantur, unius sagittæ jactu à cæteris constituantur, atque ita sequantur.

62. Insignia, quæ in exercitu sũt, cohortium minora, & leviora sũt: *μυρταχων*, vel *δρυματιων*, seu tribunorum majora, & distinctiora: *τυρμαχα* autè insignia admodò diverta à tribunorum suorum insignibus. Principis tui, sive propætoris, multum distincta sũt insignia. Tuum autem insigne à cæteris omnibus insignibus diversũ esse debere, nemo ignorat, ut in rebus perturbatoribus in insigne intuentes, revocare eos domum, & ad sua loca transferre præfecti possint.

63. Omnibus cohortibus æqualiter in fronte collocatis strenuos ex illis milites undeviginti, aut viginti eliges, qui ad custodiam uniuscujusque illorum, & administrationem constituantur.

64. Præfectos majores tuto, & firmo loco in exercitu collocabis, sine impetu quodam incitati, reliquosq; motus bellicos alacriter suscipiendos: uniusquisq; enim *τυρμαχα* suos advocabit, & apud eos verba ad hunc, aut consimile modum faciet: Non temere hæc exercitationum genera à majoribus nostris, atq; etiam ab Imperatoribus, tum recentioribus, tum antiquioribus instituta sũt. Neque sine causa hæc artificiosæ acierum instructiones, tum directæ, tum orbiculate, reliquiq; motus bellici adinventi sũnt. Si enim agrestes feræ, ut lepores, damæ, ac reliquæ contempitæ bestia, cum eas venando consequimur, non omnino longius in directum aufugiunt, sed in contumaciam, & impetum venatorum intuentes, sic se accommodant, ut evadere possint: quanto magis homines intelligentia præditos, & de magnis rebus contentendos, attentè, & industriè, tum persequendis hostibus, tum declinandis, in prælio operam navare oportet, ne quæsi aqua in hanc, aut illam partem jactati, atque effusidi, si vel magna aliqua incurfusio ab illis fiat, vel aliquis à nobis illis impetus existat, immodicè alterutram in partem ferri, sed omnia sustinere, ut victoriam tandem adipiscantur?

65. Princeps, sive propætor tuus, reliquiq; *τυρμαχα* in fronte cohortium suarum constitentes, circumspiciant & apparent aciem, usque dum intra unius, aut alterius sagittæ jactum hostes fuerint: ubi autem committendæ acies sũnt, strenuissimos quoque ex suis viris ad latus suum instruant, & in illorum conspectum veniant, illoque ad manus conferendas impellant.

66. Dignitati tuæ præcipimus, ut usque ad conficiationis tempus, instruas, persequeris, atq; appares exercitum adversus hostium impetum: vel si certis jam manibus, ad tuam ipsius cohortem venias, non ut ibi præleris, sed ut specularis, & perlustras, tum primam, tum secundam aciem, hoc est, ad medium locum secundæ aciei.

67. Multas buccinas concitare, atque inflare belli tempore incitum, atq; inconsultum esse videtur, quia ex eo perturbatio, & consilio oritur: neque enim bene imperata exaudiri possunt. Si enim locus æqualis fuerit, mediæ turmæ buccina utriusque aciei satis fuerit. Sin inæqualis fuerit, aut vctus, quod sæpè fit, turbulens flet, vel aquarum susurrus vocem clarè exaudiri impediatur, haud abs re fuerit, in reliquis turmis itam buccinam in unaquaque turma personare, ut in acie universa tres solum buccinæ sonent: quanto enim magis silentium servatur, tanto magis adolescentiores firmiori animo sũnt, & jumenta magis intrepida, aciesque ipsa hostibus terribilior esse videtur, imperataque celerius sũnt.

68. Itaque ubi exercitus ad bellum procedit, nullam oportet vocem, aut sonum quoquam temerè emitti: sed simul ut è castris ad prælium vadit acies, tacita iter faciat, nihilque temerè loquatur: hoc enim non modo exercitum animosorem facit, sed & præfectorum cohortes attentius animadverti facit.

69. Modum, & formam configendi res ipsa, & commoda densatio, & inimicorum præsentia efficiunt. Cum verò jam ad conficiationem moveri exercitus, consueta Christianis vox usurpanda est, *ὕψιστος ὁ θεός*, Crucis victoria.

70. Manibus jam confectis, clamores quam maximos, altissimoque edere non inutile fuerit, atque eos in primis, qui à tergo aciei instruantur, tum ad hostes perterrefaciendos, tum ad suos confirmandos.

71. Cantatorum quoque munus in prælio negligendum non est: ii sũnt, qui exercitum universum oratione sua ad prælium incitant, impellunt, consulunt, adhortantur. Si fieri poterit, iidem milites, præfectiq; qui ad dimicationem procedunt, ad hoc munus faciendum eligantur. Eligantur autè eloquentes viri, quique oratione sua vertere in omnes partes

militem animos possint. Societas enim operæ, laborumque magis obediens, atque alacres ad exhortationes approbandas, persequendaque facit.

72. Cantatores autem iustiora quædã, atq; exhortationes tales adhibent. Primum commemorent mercedem fidei in Deo: deinde regis beneficentia: beneficia ante collata: causam susceptam pro Deo, & ejus dilectione, ac pro universa natione, atque pro fratribus omnibus fidelibus, & si usus fuerit, pro uxore, liberis, patria: sempiterna esse memoria coru, qui strenuè se in bello pro fratre libertate gerunt: Contra Christi hostes hoc bellum susceptum esse: Nos Deum habere propitium, in cujus manu omne belli momentum ponitur: illi propter incredulitatem contrario in statu sũnt: & si quid tale excogitatum sit, quod illorum mentes ad bellum inflamare possit. Ejusmodi enim oratio commodè habita animos hominum magis impellit, quàm magnus pecunie numerus.

73. Hoc autem prætereundum non est: quoniam hostes facile pro numero insignium, integram multitudinem exercitus cognoscere possunt, necessarium esse arbitrantur, duo similia in unaquaque cohorte esse insignia, unum quiddè Comitum nomine, alterum Centurionis: & utraque insignia usq; ad diem belli gesserunt. Die autem ipso belli, authentica banda sola eleventur, ut ne multis insignibus elevatis omnia miscerentur, minusque cognita sint suis ipsorum militibus: hæc enim ratio fiet, ut permagis exercitus pro numero insignium videatur, & ipso die belli authentica, atque omnibus cognita profertantur.

74. Ante belli diem, & aliquot præterea ante diebus, exhortationes quædam sũnt ad exercitationes, reliquosq; motus bellicos alacriter suscipiendos: uniusquisq; enim *τυρμαχα* suos advocabit, & apud eos verba ad hunc, aut consimile modum faciet: Non temere hæc exercitationum genera à majoribus nostris, atq; etiam ab Imperatoribus, tum recentioribus, tum antiquioribus instituta sũnt. Neque sine causa hæc artificiosæ acierum instructiones, tum directæ, tum orbiculate, reliquiq; motus bellici adinventi sũnt. Si enim agrestes feræ, ut lepores, damæ, ac reliquæ contempitæ bestia, cum eas venando consequimur, non omnino longius in directum aufugiunt, sed in contumaciam, & impetum venatorum intuentes, sic se accommodant, ut evadere possint: quanto magis homines intelligentia præditos, & de magnis rebus contentendos, attentè, & industriè, tum persequendis hostibus, tum declinandis, in prælio operam navare oportet, ne quæsi aqua in hanc, aut illam partem jactati, atque effusidi, si vel magna aliqua incurfusio ab illis fiat, vel aliquis à nobis illis impetus existat, immodicè alterutram in partem ferri, sed omnia sustinere, ut victoriam tandem adipiscantur?

75. Neque enim ad parvum spatium insequi hostes, & tum dimittere, victoria putanda est: neque rursus paululum retrocedere, bellum in eo conversi, ostensio belli judicanda est: sed ex belli exitu omnia æstimanda, atq; ad conferenda sũnt. Hæc atque iis similia turmis suis *τυρμαχα* narrant, singulique præterea militibus suis præcipiant.

76. Tu autem Imperator, post singulorum *τυρμαχα*, reliquorumq; præfectorum privatas militum suorum exercitationes, atque adhortationes, semel atque ad summum iterum universam aciem instrues, similiterque factus, ac dictis paratos reddes, atque ad omnem bellicum usum habiles.

77. Præcipies etiam primæ, sive propætoricæ aciei præfectis, ut mediæ suæ turmæ obtemperent, ubi princeps, sive propætor, qui nunc suæ ditionis, *μυρταχων*, sive *τυρμαχα* dicitur, constitutus est, & æqua fronte cum illo incedant, eodemque tempore prælium committant.

78. Hac acie instructa, si vertantur hostes in fugam, cursores statim ad insequendos eos, usque dum ad solutum illorum pervenerint, omnibus viribus contendant: defensores autem in acie instructi sequantur, & non constant, ne si hostes convertantur iterum, & illorum impetum cursores sustinere nequeant, propè ad defensores confugiendo, rursus se ipsos colligant.

79. Sin inter configendum una aliqua turma, aut omnes etiam in fugam vertantur, ad secundam aciem ad unius, atq; alterius sagittæ jactum se recipiant, rursumq; se ad invadendos hostes confirmant, consuetus & idoneis in principio pugnae vocibus, & caeremoniis adhibitis.

80. Si hostes poterint in fugam verti, & insequendi primò sũt, deinde recedendi iterum ab eis, & ad eos statim revertendum est. Sin semel atq; iterum hoc tentando non profuerit, secundam aciem cominus ja advèrtente confugiant ad ea, & ad opportuna quædam loca intus se recipiant, hocq; intervallum spaci ad

Ad extremam aciem iterum se evolvent, simul cum secundam drungisti, id est, confertum, ac dense invadant, & si in fugam verti fuerint, omni alacritate eos insequantur.

81. Lateranis etiam præcipies, ut si longius inveniantur cornu hostium esse, conentur ad cornu, id est, ad securum, sive levam inclinantes, ad eandem quoque longitudinem produci, ut ne ab olibus turmæ nostræ includantur. Sin concisus fuerit adversum cornu, lunare eos oportet, & ad fœmicrulli formam adducere, & intra complexum suum hostes coercere, priusquam turma conficere cum hoste incipiat, hoc est, priusquam consuetæ voces ante manus conferendas usurentur. Sin æquale fuerit hostium cornu, in sua ipsorum acie quasi defensionis stent, & turmam suam adjuvent.

82. Præcipies etiam comisitibus, quando propè te fuerint hostes, ut duobus, aut tribus sagittæ jactibus, clam dextrum cornu consequantur, una cohorte in anteriore parte ad frontem constituta cum decanis, quantanive suis: qui ad quinque virosom solum altitudinem erunt, si strenui fuerint, reliqua cohorte universa drungisti, id est, dense & confertim illud sequente.

83. Banda, id est, capita illorum, sive insignia, ne situm erecta teneant, sed inclinata, dum ulis poscat ea in lucem educi, ne si erecta in conspectu hostium essent, quia gestant magis ab hostibus infidiis appetterentur.

84. Si longius adversum cornu inveniantur, primò ad cornu, id est, hastam, sive levam declinandum est, paululumque dextrum cornu in procedendo retardet, & ad dimidium sagittæ jactum producat se, ut adversum cornu longitudine superent, atque ita declinantes, illoque circumvenientes dicant, *ἔλαθον*, exi, statimque à tergo illorum cohors millaria, quem drungum vocant, de improviso & acri cum incurfusione invadat.

85. Profligatis hostibus, non statim illos fugientes persequantur, sed confertim, qui à tergo fererint, cum reliquis cohortibus procedant. Quod si contractiores hostes fuerint, statim exeant, & lunata quasi forma circumcludant eos: sin æquales fuerint, paululum producant se, & hostium longitudinem superent: hocque modo irruptio in illos fiat.

86. Quòd si, cum comisitibus suos producent, hoc idem facere conantur, invadendi statim illi sũnt, dum in hac mutatione perturbatione sũnt: nam dum illi ad cornu, id est, levam convertuntur, dextræ illorum nudas esse, & densationem illorum dissolutam esse, necesse est.

87. In hostibus circumdandis non solum comisitibus, id est, qui dextri cornu propugnatores sũnt, elaborare, vel ne nimis retardentur, vel nimis citò incipiant, sed & partis illius, id est, turmæ præfectum, sive is turmachæ, sive alius quispiam fuerit. Itaq; invadentibus eos comisitibus, & hostibus jam tumultuati incipientibus, adversum eos universa turma incedat.

88. Cura Præfecto esse debet, ut si fieri possit adversas copias longitudine superent: sin minis, saltem exæquet: si enim longior nostræ, quàm adversariorum acies fuerit, comisitibus munus suum sedulo, ac fructuose facient.

89. Comisitibus ideò necessari sũnt, quia in nudis locis incurfusiones facere opportunius possunt.

90. Secundæ similiter aciei præcipies, ut medium locum, in quo dignitas tua constituta erit, diligenter observet, & sedulo advertat, ut conficiationis tempore, duos aut tres sagittæ jactus à prima acie absint, ut si in fuga conjiciatur hostes, quasi propugnatrix, atque subsidiaria non consistat, sed acie sequatur.

91. Quòd si quæ cohortes primæ aciei profligatæ fuerint, hanc afflictâ patrè, & perquisito quarentem excipiat, ac etiam cum prima acie ordinatè, ac dispositè incedat; ne quæciem instructam ante belli exitum, & priusquam se in castra sua receperint, dissolvat, sed sic ad cõservationem primæ aciei ordinatè sequatur, non autem ad persequendos hostes confusè ruat.

92. Si anceps prælium prima aciei fuerit, & persequentes, fugæque fuerint, permanendum est, & exitus rei contemplandus, voceq; ac clamores graves, iterum, ac tertio profundè dicti sũnt, tum ad nostros exultandos, tum ad hostes exanimandos. Neque statim coneris manus conferere, aut ad primam aciem accedere, ne aliqua confusio, ac fuga quædam indigna hanc conficiationem sequatur.

93. Sin, quod sæpè accidere solet, secundam aciem usque ad tergum, sive tertiam aciem in fugam vertatur, hæc tertia adventans conetur recuperare eam.

94. Sin infidiis illis factis à tergo aliqua incurfusio, atque impetus hostium fiat; si pauci li fuerint, qui adiutorium eos, tertiaque acies adversum eos satis est, hæc tertia tum emittatur: sin ea litis non fuerit, convertis tum ad caudam, id est,

ultimam aciem, cohortes cum præfectis ita se præparent, E *ἀποπροσθησθαι*, id est, anceps acies esse: sic acies cum illis configat; profligatque hostibus tergites, sive una, sive plures cohortes fuerint, quasi cursores in illos immittantur.

95. Si magnus numerus eorum esse videatur, qui incurfusione fecerint, tum præcipies vis verbis, *μυρταχων*, id est, commuta: qua voce decani ad caudam venient, id est, ad posticam partem transferent se cohortes, ut cauda quæ fuit, jam frons fiat.

96. Hæc parvo tempore ante bellum, & dimicationem ipsam præcipe, ut quid factò opus si, milites cognoscant. Ipso enim tempore prælii milites harum rerum rudés, atque ignaros, tale aliquid docere, haud par est, nisi ea solum, quæ levitia sũnt, & breviter efficiantur.

97. Nam si longo tempore ante prælium præcipies, hæc oblivioni mandabuntur: ac propterea paululum ante bellum hæc commemoranda sũnt. Præcipies autem omnibus, ut nemo audeat secundam aciem transgredi, quamvis prima acies penitus profligata fuerit, ut ne (nisi ingens, atque inevitabilis aliqua necessitas cogat) vel per inimicos, vel per suos, quasi dignus de vita periclitetur.

98. Quoniam autem ex infidiis etiam cum hostium acie configendum est, qui in infidiis, & occultis latebris sũnt, ante omnia exploratores quosdam emittant, ut ne nimis confertim in hostium impetum de improviso incurrant, vel alias ad latus, vel à tergo, sive post universam aciem, infidias sustineant.

99. Sæpè inimicorum copia in duas acies dividuntur, ac nisi diligenter instructa prima fuerit acies, infidiis magis ex adverso adortendi sũnt.

100. Si hostes in duas similiter acies dividantur, haud sanè par est à tergo, id est, postica parte infidias frueret; sed ad cornu aliquod, sive una ex parte incurfusio futura sit, sive utraque ex parte.

101. Incurfusio tempus conjeçtare tecum oportet, & animo quasi dimetri, ne vel antevertas aciem, vel retarderis: sed quando duos, aut tres sagittæ jactus acies à te mirò abfuerint, impetus in hostes ex infidiis, & occultis latebris faciendus est.

102. Hæc quæ diximus, non ad exercitationem, sed in dimicatione ipsa assumenda sũnt.

De turmarum, cursorum, defensorum.
103. Hæc à dignitate tua præcipienda, & distribuenda sũnt. Uniusquisq; *τυρμαχα* præcipies, aut scripto trades, quæ ante mandavimus, ut suæ ipsius partis, sive turmæ constitutionem agnoscat. Uniusquisq; *τυρμαχα* universæ partis suæ trientem in cursores, sive proclastas conferat, & hinc, atq; illinc turmæ suæ eos collocet: bestium autem exercitus in medio, defensores, sive vindices, collocet.

De contrariorum flumulis.
104. Contraria, id est, hæc conficiationis tempore flumula non habeant, sed de hæc detrahant, & in thecas suas conjiciant, quando ad unum miliare jam hostes adventaverint. Antea autem omnino in hæc habeant.

De differentiâ bandorum.
105. Banda, id est, insignia comitum minora sũnt: drungariorum, id est, tribunorum, perfectiora, & diversa. *Τυρμαχα* in insigne diversum longè à reliquis sit, quemadmodum antea à me explicatum est.

De belli tempore.
106. Conficiationis tempore post vocem *ὕψιστος ὁ θεός*, H id est, victoriae crucis, magnos atque altos clamores edere oportet, atque eos in primis, ut qui in fronte sunt magis animentur.

De locis præfectorum.
107. Buccinæ multæ prælii tempore ne sonent: *τυρμαχα* enim buccina satis fuerit. *Τυρμαχα* in medio turmæ suæ, id est, in medio defensorum collocet: *Δρυματι*, id est, tribuni in reliquis utrinque turmis, in medio cohortium cursorum.

De locis ante bellum explorandis.
108. Aciei instructæ tempore exploranda sũnt loca per mandatores, ubi conficiatio futura est, id est, medium spatium inter nostram aciem instructam, atq; hostium, ne cubi fosse, aut putei, aut dolus aliquis ab hostibus molitus sit, quòd si tale aliquid inventum fuerit, præsoletur acies nostra, dum hostes eum locum transierint, & cum hostibus integro in loco, ac securo pugnent.

De bando turmarum.
109. Bandum, id est, insigne *τυρμαχα* longè diversum, distinctum.

A dilinatumque forma fit à cæteris præfectorum fuorum bandis, ut facile ab omnibus signiferis agnoscatur.

De signis motus hujus bandi. 110. Motu autem aliquo peregrino, ac vario etiam bandi hoc distinguitur, vel quod sursum, aut deorsum, aut dextrorsum, aut sinistrossum locetur, aut continue inclinetur, id est, denittatur caput hujus insignis, aut crebro directè moveatur, ut omni in confusione, ac perturbatione à reliquis insignibus facile cognoscatur.

Turmarcharum banda inter se differant. 111. Omnium turmarcharum banda unum signum ne habeant, sed diversas notas singulæ turmæ habeant, ad quæ cognoscenda milites ante aliu faciendi sunt. Non modo enim singula ex eo turmarcharum banda adjuvantur, & partem suam facile confirmant; sed etiam si quando aberraverunt, ad suas cohortes facile redeunt.

Miles in bandam præfæcti sui intueatur. 112. Miles, si qua ratione contingat à bando suæ cohortis abesse, omnibus modis eò revocandus est, ut acies minime confusa, aut perturbata, exercitus salutem, ac præsidium præferat.

Separandos alienigenas ab acie. 113. Si in exercitu aliqui populares hostium fuerint, ante diem belli separandi sunt, & ad alia quædam honesta cum causa amandandi.

Drungariorum comites quid faciant. 114. Ac turmarchis ista præcipiunt. Unicusque autem drungario, & comiti etiam mandabis, ut diligenter exquirant ea, quæ alicui usui copias nostris esse possint.

De hymnis canendis. 115. Par est autem, si in fossato versetur unumquodque bandum, siue cohors, siue alicubi castra ponat, manè cum prima luce, ante alia omnia, & vesperi post cenam, ac Missas, τὸ πρῶτον ὑμῶν, id est, ter sanctum hymnum pro more, cæteraque canere.

De contuberniis. 116. Contubernia, siue manipuli, quæ quasi parvæ quædam cohortes sunt, ut ante descripsimus, ex majoribus & minoribus natu simul juncti consistunt.

De armatura contuberniorum. 117. Primanus, & secundanus contubernii, ac præterea etiam ultimanus, hastati sunt: tertius & quartus sagittarii: quique in medio sunt, quemadmodum necessitas requirit maximè instruantur.

De flamulis. 118. Flamula hastarum, quemadmodum supra admonuimus, tempore belli minime in hastis esse permittantur, ne hæc, tum iis, qui gestant, tum iis, qui à tergo sunt, tum etiam sagittis in acie conjectis impedimento sint.

De despotatis. 119. Despotatos, quos ad conservandos, & recuperandos eos, qui in bello lauciati erant milites, antea constituebamus, ex unaquaque cohorte, sex aut octo ex debillissimis separati jubebis, ut ubi tempus requirit, qui in bello graviter vulnerantur, ab illis ferventur.

De speculatoribus, & bandi custodia. 120. Duo speculatores, siue exploratores diligentes, vigilantissimos, strenuè eligendi sunt: duo præterea mandatores: & contuberniis etiam duo viri eligantur, qui belli tempore bandum diligenter custodiant.

De Cantatore. 121. Cantator idoneus, atque eloquens, unus aliquis eligendus est, qui ipso in prelio exocuet, atque incitet militum animos, & in aforia oratione ad alacritatem, & cupiditatem bellandi, quemadmodum supra memoravi, omnes instigantur.

Quando duo banda habenda, & quando unum. 122. Magnis in cohortibus duo banda ante belli diem fiant, alterum præfæcti cohortis, id est, comitis, alterum primi centurionis. Ipso autem belli die non duo gestentur, aut erigantur, sed comitis solum.

Quid prælii tempore à militibus gestandum sit. 123. Ipso belli die unusquisque miles gestet ad sellam suam secum aquam in phalacis, & paxamadum, id est, biscocum in sellopongio, & farinæ unam, atque alteram libram, ut necessario tempore hæc habeant ad refocillationem, & recreationem sui, atque aliorum, qui in aliquam animi defectionem, aut valetudinis infirmitatem incidunt.

Nullum cadaver ante belli finem spoliantum. 124. Tempore prælii, ut cognoscant milites ante belli exitum, neminè spoliantum esse, sepelitis hoc militibus inculcetur.

Tuldam ubi locandum sit. 125. In itinere faciendo, tuldam siue impedimenta cum militibus permiscendum non est, hostibus præsertim immineantibus: sed separatim, & cohortè aliquam post tuldam separata, aut aliter etiam, si quando id usus exigit, quemadmodum in capite de tuldo antea mentionem fecimus. Hæc quæ nos tibi præcipimus, tu iterum singulis comitibus, & drungariis, & turmarchæ unicuique cognoscenda, & consuecenda dabis, atque ipse etiam quantum potes ad eadem eos exhortaberis, & præparabis.

Ex quibus vincuntur hostes, ab eisdem diligenter cavendum est. 126. Occasione, atque opportunitate in bello idoneè utaris. Primum autem hujusmodi occasiones vitabis, ex quibus offensiones belli esse possunt. Iisdem deinde tu occasiones adversus hostes utaris.

Hostes confusus non persequendos. 127. Ante omnia ab hostibus molitas, ac fractas insidias explore per excubias quatuor in partibus aciei collocatas. Ab omni autem confusa, & dispersa insectatione hostium abstinendum in primis est.

Temerarias, atque audaces rerum aggressiones abs te minime suscipiende sunt, sed ab aliis quibusdam idoneis præfæctis. Si enim aliqua offensio, aut gravis casus illi contingat, aliqua spes est ejus rescidendi: si præcipuus, & nobilissimus in exercitu aliquod hujusmodi patretur, ejusmodi offensio magnas perturbationes invehet.

Prudens, & circumspèctus Imperator ante bellum in res hostium diligenter intuebitur, & præsidia, quibus abdidat sedulo vitabit, defectus autem suos quantum potest vexabit: ut verbi causa, si plures, quàm tu, equites hostis habeat, passiones omnes vitandas sunt, ut equi deficiatur pabulo: si virorum multitudo fuerit, illorum commeatu omnis, atque alimentum circumveniendi tibi, & præridenda ab illis sunt.

Si diversis ex nationibus hostium copie existant, donis, muneribus, pollicitationibus corrumpendi tibi sunt. 130. Si diversarum partium, sententiarumque fuerint, præcipuos quoque ex illis ad te, tuasque partes sollicitabis.

Si diversarum partium, sententiarumque fuerint, præcipuos quoque ex illis ad te, tuasque partes sollicitabis. 131. Si diversarum partium, sententiarumque fuerint, præcipuos quoque ex illis ad te, tuasque partes sollicitabis.

Hastis si utantur, in aliquam difficultatem, asperitatemque locorum illos ad prælium evoca. 132. Hastis si utantur, in aliquam difficultatem, asperitatemque locorum illos ad prælium evoca.

Si sagittarii fuerint, in planiciem, & loca campestria trahantur, ut ibi cominis consertis manibus dimicent. 133. Si sagittarii fuerint, in planiciem, & loca campestria trahantur, ut ibi cominis consertis manibus dimicent.

Si negligenter, aut solente die, vel nocte ambulent hostes, insidias de improviso adoriendi sunt. 134. Si negligenter, aut solente die, vel nocte ambulent hostes, insidias de improviso adoriendi sunt.

Si animosè, & audacter ad bellum venerint, & ab omni offensione immunes esse videbuntur, præ te ferat quasi bellum cum illis statim gesturus sis; rejice tamen bellum, ac diserto, donec fervor omnis animum elanguescat, & ubi hic impetus confederit, tum bellum illis infero.

Si peditum numero hostibus præfæctis, ad plana, & campestria loca illos deducito, non ut cominis, sed ut eminus jaculis cum illis configas. 136. Si peditum numero hostibus præfæctis, ad plana, & campestria loca illos deducito, non ut cominis, sed ut eminus jaculis cum illis configas.

Bellica enim decertationes, venationibus similes sunt, quemadmodum enim ibi excubiis, insidiis, circuitionibus, atque hujusmodi artibus potius, quàm viribus fera captur: sic bellum cum hostibus, siue plures, siue pauciores fuerint, gerendum est.

Coram enim, ac manibus solum consertis velle cum hostibus aperè configere, quando aliqua victoriæ spes illis adfuerit, sine periculo, ac gravi offensione belli eventus esse non potest. Temerarium autem, ac incertum est, nulla necessitate impellente victoriam talem cum damno querere, quæ hoc modo parva nomen tantum inane, atque umbratile magis habebit, quàm ea, quæ certissimo, ac constantissimo in bellicis rebus judicio susceperit. Cap. de veterum rebus bellicis. Ex editione mperæ Mewrsii.

ADJUMENTA BELLI, PUGNÆ, EXOTERICA. Cujusmodi sunt ARBORES. De Arborum usu hic tanquam Armorum: At ut eadem occultationi inserviant exercitus, sic exempla sub Tit. Secorum hostem opprimere. Adventu occultato, offe enior.

Galli Boii, in sylva Litana, aflu L. Polthumium consulem designatum cum omni exercitu interemerunt. Serra enim a tbori magna parte in inferiori parte defecta, ita tamè, ut stare possent, posteaquam viderunt exercitum Romanum totum in sylvam esse ingressum, deturbatis extremis arboribus, in eas,

cas, quæ interius in sylva erant, arborum ipsarum casu, nullo ab hoste stricto gladio, exercitus totus detritus est. Liv. & Fr. lib. 1. cap. 6.

Septentrionales populi per sylvas ingressurum hostem obfervantes, arbores feræ succifas in cacumine funibus colligant, ne ante tempus loco moveri possint. At ubi hostes ingressos sentiant, summa vi funibus tractatis, arborum ruina incautos opprimunt. Olaus lib. 7. cap. 12.

Bretillus Boemorum Princeps, bello peritus ab Henrico II. Imper. ob direptâ Poloniam, cæsis in Hycrinia sylva, qua transeundum erat exercitui, arboribus, in eam difficultatem Germanos compulsi, ut turpi fuga Cæsar sibi consulere cogere, victus ab eo hoste, quem nondum vidisset. Dabr. 7. Cafimirus II. Stephanum Valachorum Vajvodam, siue palatinum, à Petro fratre pulsus, reducere conabatur. Superanda erat Polonis sylva densa, & impedita, quæ Ploniny à soli fertilitate vocatur. Eam Petrus cum suis incedit: & quæ Poloni ite facturi erant, arbori succidit, ita ut truncis tamen uterque hereret. Ubi indaginem illam ingressi sunt, ibi coorti ex insidiis Valachi, arbores succifas vi impellit, ab extremis orbi, ita ut cætere mutis se impellerent. Qua ruina Poloni sic obruti luti, qui ubi obruti, & extincti non sunt, vivi tamen ferè debilitati, & collisis membris in hostium potestatem venerent. Pauci de extremo agmine salvi evasere. Cromer. l. 12.

IGNIS. Vide infra, hostem igni avertere. Illic Subjèctis, hic Instrumeti habetur ratio.

AER, VENTUS. Quod adversus Characitanos Q. Sertorius in Hispania gessit, nulli concessit bellico ejus factu. Populus est flumini Tago impositus. Non oppida incolunt, nec vicos, sed ingens effe collis, & excelsum, antea, specuque in petris Aquiloni objecta obtinens. Subjèctus ager omnium limum argillosum, & solum habet ob fungositatem friabile, quod nec ingreditur sustineret valeat, & si paululum contrectetur, calcis vivæ, vel cineris modo late dispergat. Ignis turba barbari, quoties belli metu in illas speluncas se abientes præda eò congesta conquefcerent, ab omni erant vi tuti: & Sertorium tunc à Metello semotum, & confidentem circa eum collem, ut vidèum despiciebant: siue ita exarsit, siue ne fugere videretur, C primo diluculo advectus eò, & contemplatus est locum. Qui cum nulla parte præberet accessum, ne quidquam huc illuc se ferens animo languido, atque inanis utrens minis, vim pulveris videt è vento in illos è terra sustolli. Spelunca enim in Septentrionem, ut dixi, sunt obversa. Qui verò ex Septentrionis spirat, ventus quem Cæciam aliqui nominant, dominatur maximè, & frequentissimus inter ventos illic est: qui ex uliginosis campis, & nivosis collectus montibus afflat. At tunc adulta æstate invalescens, Septentrionalique collicefcente coallescens glacie gratissimus aspirabat, illoque & armenta eorum interdiu refocillabat. Id Sertorius adversus, atque ab incolis doctus, militibus imperat, ut spongiose illius, & cineritæ telluris avellant fragmenta, comporataque ex oppposito colli in tumulum excitent: quem aggeris barbari esse in se molitionem rati irridebant eum. At tunc quidem, cum ad noctem usque in opere perseverassent milites, reduxit eos in castra. Ubi diluxit primum, mollis aspiravit aura, congeste terre levissimum velut sobem movens, diffundèsq; mox acri cum sole increbescente vento, cum colles pulvere implerentur, intenti milites cumulum ab imo subruerunt, & cideruntque limum. Aliquis equos sursum deorsum egerunt ad excitandam zaram tellurem, atque in sublime vento dandam. Qui excipiens, quidquid comminutum esset, & ferretur in aera, in Barportam tignum jungebat. Alterum deinde tignum ab unius puppi in alterius puppim conjectum, utrumque paronem, ne possit alter ab altero disjungi, firmè retinebat. Super hæc autem duo tigna, talia uigna transverso ordine stemebantur. Intervallum verò, quod duobus istis tignis continebatur, alius tignis adeò frequentibus explebant, ut contabulationis speciem præberet. Erant autem tigna singula tribus locis ferro fortissimè revincta. In quolibet autem hujus quadratæ contabulationis latere, alius ordo tignorum in uniuersumque lateris extremitate præfixus, altitudine pedum xvi. miri similitudinem referebat. Erant autem omnia cardiniibus, commissuris aptissimè præfæctis, ita firmata, & ferreis retinaculis conjuncta, & solidata, ut nulla vi convelli posse viderentur. Super ligna verò trabes injectæ totum opus multo firmissime efficebant. Cratibus deinde, atque longioris confertentur. In hoc summo tabulato in majore Castello quadraginta milites commode consistere,

atque depugnare poterant. Ad hanc formam octo Castella Epaulò minora super sexdecim parones excitata sunt. Fuerunt autem hæc machinationes idè factæ, ut cum ætus decederet, navibus à puppis vehementius impulsis, & navibus Lusitanis applicatis, Castella illis imminerent, & milites è superiore loco tela, atque flammam adjoerent. Pacieus hoc contra præsidium comparavit. Malos octoginta pedum longitudine inter se ferreis vinculis arctissimè colligavit, & longam ex illis quadratam constituit. Tantundem enim in latitudine, quantum in longitudinem patebat. Hanc autem machinam ante navium prioras modico ab illo intervallo constituit iussit, & secundum æstus naturam sex anchoris alligavit: ut videlicet tres anchora, cum ætus accederet, alia tres, cum decederet, illam firmissimè retinerent. Id autè hoc consilio effecit, ut navium carinæ, cum appropinquare vellent, impederentur, quò minus Castella navibus Lusitanis adjoerent. Petrus autem Raphael excifis aliquot malis, ex iis columnas effecit, quas in navium tabulato præfixit, & in summo earum fastigio capitella instruit, in quibus possent seni milites insistere, & illis, qui erant in Castellis, repugnare. Altitudo enim cujuslibet capitelli, altitudinem Castellorum, quæ hostium navibus terebantur, adæquabat. Ofor. lib. 3. rerum Em.

Est oppidum Mauritanie clarum, nomine Larache, quod viginti millibus passuum Arzila distat. Flumen autem Zilia, quod in Oceanum influit, alluitur. Cæperant autem Mauri quinque naves Portugallenses, quæ tunc in Larachen portu consistebant. Id cum Jo. Menesius, ex ore ab Emmanuelo rege præfæctus, rescivisset, in portum inveni cogitavit, ut naves abduceret. Erat autem in ipsius fluminis ostio turris, natura, & arte, & armis, atque tormentis egregie munita, in qua milites per vices excubabant: receptus piratis omnibus, qui ex ea Mauritanie parte quotannis, ut præda agerent, egrediebantur. Menesius noctè Larachem petiit, & classem ante fluminis ostium prima luce constituit. Accurrunt Mauri, ignem tormentis applicant, & globos ingentes emittunt, summaque vi contendunt, ut aditum nostris intercludant. Menesius verò æstus opportunitatem explebat: quem ubi vehementius incitari sensit, latera navis inuis cultittis laneis, & facies, quos lana diligenter infecit iussit, fulcienda, & molibus obruenda curavit, & turri opponi præcepit, ut tormentorum ictus exciperet: naves reliquæ hujus præsidio tectæ portum subiere. Mauri interim sagittis, & jaculis, & plumbeis glandibus acerrimè decertabant. At Menesius introitus illis frustra repugnantis, cum integra classem penetravit, naves, quas potuit, reduxit, reliquas incendit. Quinque verò biremes cum duabus navibus longis, & una ex navibus Portugallensibus (ea namque jam in terram subdlexerant) à Lusitanis in mare continuo deducere fuerunt. Reliquæ tres Portugallenses naves deducionem poterunt, & idcirco cum viresce similitè incensa sunt. Hac re ex animi sententia gesta, cum ingentem hostium multitudinè confuere vidisset, æstu secundo (jam enim minus, & decedere incipiebat) sine ullo incommodo recepit. Ofor. lib. 3. rerum Em.

OCCLUTATIO. Incurfantibus in Daniam Sclavis, Ericus Diferus, Frothonis regis fortioris, cum piratas septenis navibus esse cognosceret, una tantum è suis advectis, reliquas lignæis propugnaculis cingi, tunc sique arborum ramalibus obduci iussit: deinde cum hosticæ classis numerum plenius speculatus procederet insequentibus se Sclavis, ocyus ad suos refugere coepit. At hostes, ut insidiarum ignari, ita fugientem comprehendere avidi, primò inuisitata facie stupentes, navigio nemus agi putabant: deinde fraudem frondibus tubefse cognoscetes, dum puppes obvertere parant, Ericus subductis in litus navibus funda procul in hostes laxa torfit. Igitur Sclavorum cæsi plerique, quadraginta capti fuere. Saxo lib. 5.

SECULUM TURBULENTUM, INQUIETUM, BELLIS REFERTUM. Numa regnante Jani templum clausum: quod belli janam dicunt. Panditur namque bello, pace facta obferatur. Sub exitum Numa bello contra Albanos constanti restitutum est: quod cum infinita continuo excessisset alia, iterum annis post quadragesimo octoginta clausum est, C. Attilio, & T. Manlio consensibus, pace à bello primo Punico composita. Infrâ hunc annum tertius patefactum, ac perpetua bella usque ad victoriam Actæacæ Cæsaris fuerunt. Neque tamen diu arma Romana sunt ferata, cum tumulus Cantabricus, & Gallicus cum Germanico conjunctus exardefceret. Plin. de Rom. fort.

Sub

A Sub Galieno plurimæ, & mirabiles defectiones, rebelliones, & mutationes, imperio Rom. perniciosissimæ, acciderunt. Quæ mala illi qui res Romanas conscribere, ocio, luxu, lascivia, & ignavia Galieni attracta esse Imperio, censuerunt quidem: at nos iudicium, & ultionem Dei, superioribus & aliorum & suis perfectionibus iram vocatam, in eum semel iruisse credimus. Nulla pars fuit reipublicæ, nulla provincia, una duntaxat Italia excepta, in qua non sit tumultuarum: totque eo principe rebelliones exiret, tot tyranni, qui Imperatorum nomina tulerunt, quor à Cæsare dictatore ad id tempus, in tam longa Imperatorum serie, ferè nunguam. Triginta numero à Trebellio ponuntur, qui uno tempore, alii alius in terris exercere imperium: in quibus feminæ etiam quedam Romano nomini illulere. Testes *Vopiscus, Eutropius, & Sab. Euseb.* hoc addit: Sub Galieno, Ciciam Syriam, & Cappadociam à Persis, Saporis ductu, fœda populatione vastatas: Alemannos, & Gallis hostiliter vexatas, in Italiam transgressos: Gothos, Pontum, Asiam, Macedoniam, & Græciam populos: Quados, & Sarmatas Pannonias occupasse: Terraconem in Hispania à Germanis oppugnatam.

B Circa an. Sal. 1380. totus ferè occidentis intestinis bellis propter graves principum exactiones laboravit. In Anglia sub Ricardo II. puero Cantiani Londinum diripere. In Flandria Gandavenfes contra Ludovicum Comitem infurere. In Gallia Parisienses, & Rothomagenfes fœdam seditionem excitare. *Polyd. lib. 20. Emil. lib. 8. & 9.*

* Quis verò negaverit, veterum historiarum paginas oberans, vel præsens seculum 1300. tam intestinis, quam peregrinis bellis ad eò exarsisse, ut pax & tranquillitas ab hominibus fugata videatur, terraque reliquise. Nam neque Christiani principes cessant à mutuis cædibus, & oppressione, quasi eis satis multum negotii cum tor Barbaris, Europam circumfontibus, non sit, ut in mutua corpora, terras & sanguinem debeant deservire. Quis enim talia cogitando, non existimet finem seculi infare? & quidem ann. 1621. quos non motus in Germania, Italia, Francia, Belgio secum tulit, qui necdum sedati, neque ita facile sedandi, nisi providè tollantur qui eos excitant, Calvinianæ factionis capiti: ut potè ea gens sanguinis effusione latatur, Regumque exactione gloriam accupatur, ut proprio spiritu, quem quique sibi vendicat, longè lætèque dominum, Christianique ovile velut lupi rapaces deplombant: attamen Veritas pronuntiavit, portas inferiad- versus Ecclesiam veritatis spiritu directam nunquam prævalituras.

OCCASIONES ET INCITAMENTA BELLI GERENDI

INIMICITIÆ PUBLICÆ ATQVE PERSONARUM. QUI EX

Non Amicis facti Inimici. Ex Amicis facti Inimici.

Ex T. it. Bellorum occasiones, huc quedam infra.

Confulite T. it. Amicitia interrupta. Illic quædam Amoris, hic x. l. Odi confideratur. Item T. it. Cruditatis zelotypæ, item Inimicitia ob repudium. Item eorum qui ab amantibus sunt interfecti. Item Non ferre repulsam amoris.

Uxor Putiphar, cum Joseph apprehensa veste ad concubitum sollicitaret, & ille relicta veste fugisset, amore in odium converso, clamore sublato, sese ab Hebræo servo sollicitatam asseruit, ejusque rei indicium vestem protulit. Eo indicio Putiphar commotus, innocentem carceri mancipavit. *Genf. 39.*

Fridericus II. adversus Othonem IV. Imp. electus, resuscitavit antiquam de Italia provinciis, deque investendis Episcopis controversiam: de qua Henrici duo, & pater & filius, inde Fridericus I. hujus avus, & deinde Otho IV. gravissimè, sed frustra, contra Pp. contenderunt. Papa anathemate persequabatur Imperatorem: Ille carnalem gladium distringebat in omnes qui parerent Pontifici: clericos, Sacerdotes Episcopos, Cardinales urbem petentes cepit: itinera obsecit: ne quis Romam peteret. Post longam duorum annorum sedis Apostolicæ vacationem, Simbaldus, Innocent. IV. dictus, papatum accepit. Currebant qui nunciarent Imperatori, Simbaldum ei amississimum esse factum Pontificem. At Fridericus, qui nosset hominem, fertur respondisse, Bonum se amicum Cardinalem cum inestissimo Pontifice permittisse. Nec cum sefellit opinio. Veritus enim Pontifex, ne pacis conditionibus à Friderico propositis assentiri cogere- tur, Genuta in Galliam profugit, Lugduni Concilium indi- caturus. Ibi solemnè quavis die ad populum verba faciens,

Fridericum alta voce inelamabat, ut ad indicium Lugduni Concilium veniret, & de jure, quod in Ecclesiam sibi vendicaret, responderet. *Crantz. lib. 7. Vandal. cap. 21.*

Magnus Sfortia cum Paulo Urfino insigni ductu, dilacerata veterè amicitia, simulatas ad se vehementes exercuit, ut ex militari provocatione usque ad singulare certamen iam aque odium efferrent. Sed id facinus avertit Joann. XXIII. quem cum primùm à Bononia Romam petentem, Sfortia ejus militia adscriptus deduxerat, ostentaratque in ea pompa per mediam urbem ornatissimas alas, & veteranas aliquot cohortes, invidente Paulo, qui clientelis, & Urfinæ factionis viribus pollens, neminem potentia & dignitate parum pati, & prius Romæ solus regere cupiebat. Itaque insidias ejus veritus Sfortia, Ladislao Neapolitano regi sese conjunxit, ad quem non multò post & ipse Paulus est profectus, prodita urbe Roma, quam paulò antè cum insigni laude defenderat. Sed cum demum Umbro bello proditionis accusa- tur, & Neopoli ad supplicium in custodia servatum, Ladislaus immatura morte sublatu, periculo exolvit. Sed ut meritis, & fatales penas subiret, fortuna demum eo pacto illum carcere eduxit, ut Braccio Montonenf obijceret, qui dum Sfortia in catenis Neopoli teneretur, eum ad collem Floridum extra portam oppidi spaciante noctis, Tartalia & Ludovico Columna operam navantibus, interfecit. Eo cædis nuncio erectum in spem libertatis Sfortiam sublata voce dixisse ferunt: Ergo & mihi infanti di immortales inan- turè catenas solvent, qui uti æquissimi iudices impio ac omnium deterrimo dignum vitæ exitum celeriter attulerunt. *Jovius in ejus vita.*

Joanninus Carazolus Rofeus, ignobili gente ortus, cum in aula Joannæ, secunda reginæ Neapolis amanuensif esset, in ejus flamma Joannæ incidit, & primùm Aveinim comitatu, sub uxoria dotis nomine, eum donavit: postea ad Melphitenfem quoque ducatum, atque ad magnum Constabulatum exulit. Cæterùm, qui finis esse solet infanti amoris, ab ipsa regina tandem crudeliter opprobis honoribusque spoliatus ac cæcus fuit. *Fulg. lib. 6. cap. 11.*

OCCASIONES MATERIALITER CONSIDERATÆ. INIMICITIÆ occasio

Mulieris. Confulite T. it. Rapturam, quæ non raptum sequuntur bella. G. Item T. it. Improbam mulierum, quatenus bellorum sunt causa.

Maxima quæque bella ob mulieres exorta sunt: Trojanum ob Helenam: Achillis iracundia Briseidis gratia: à hoc Sacrum vocatum à Theano Thebanorù genere, quæ à Phœco quadam rapta fuit. Hoc cum per decem annorum spacium perduravisset, decimo anno, Philippo auxiliante, consecutum est finem: tunc enim Phocidem Thebanis cepunt. Bellum Criseum, quod contra Phœnces gesserunt Cirrhæi, ad decennium perduravit, cum Megistomque Pelagonis Phœcentis filiam Cirrhæi rapuissent, Argivorumque filias ex Pythici sacello redeuntes: atque Cirrhæ decimo anno capta fuit. Devallatæ fuerunt, ac subvertæ universæ familie ob mulieres: Philippi patris Alexandri ob nuptias Cleopatæ: Hercules ob Ioles filie Euryti nuptias: Thefei domus ob Phædræ Minoi filiam, ob Glaucem Creontis, Agamemnonis ob Cassandra. *Athen. lib. 14. cap. 4. De is sit Ovid. 2. Amorum 12.*

nisi raptæ fuisset Tyndaris, Europa pax, Alpheus foret. Femina Sylvestris Lapithas, populumque biforem Turpiter opposito vertit in arma mero. Femina Trojanos iterum nova bella movere Impulit in regno, iuste Latine, tuo. Femina Romanis iterum nunc urbe recenti Immisit soceros, armaque seva dedit.

Dejanira causa fuit duelli inter Herculeum, & Nessum Centaurum, atque etiam mortis ipsius Herculis. Fuit enim causa belli inter eundem Herculeum, & Acheloum. *Ovid. in Metam.* Persequabatur privato quodam odio Pericles Megarenf præterdens ante publicam, & manifestam adversus eos noxam intervenisse ob agrum factum, scribit plebiscitum, ut caduceator ad eos mittatur, quæ itè ad Lacedæmonios, qui Megarenfes in crimen vocet. At ea rogatio Periclis aqua cõ- tineret, & levem quædam: verum quomam caduceator, qui missus fuerat, Anthemocrito quæsitâ mors dicebatur, qui missus fuerat, bellu is ex Charini rogatione à Megarenfibus, bellu is ex Charini rogatione à Atheniensif populo internecini, & implacabile indicitur: Si quis attingeret Me-

A Megarenfem finem Atticum, mors ei denunciaretur: Praetores in solemnè iurejurando adderent, ut bis quotannis agrum Megarenfem Phryasiam: tumulteretur Anthemocritus iuxta portam Thryasiam, quam nunc Dipylon nuncupant. Megarenfes verò eadem infanticas Anthemocriti, causam omnem in Alpasiam detulerunt, & Periclem, qui in Alpasia gratiam omnia facit; allegaruntque celebratos & vulgatos hocse versus Aristophanis, ex Acharnanibus:

Juvenes profecti Megaram ebrui, auferunt Simatham ex fortatione nobilem. Megarenfis hinc populus dolore percitur, Evratut Alpasia duo sortia hanc impiger.

Plutarch. in Pericle. Minutus eques Romanus, prædivite natus patre, alienæ famule amore captus, eam à domino septem talentis Articus emittit, die perfolvendo pretio constituta. Illa ubi advenit, is quòd solvendo non esset, ut sibi dies triginta prorogarentur, obtinuit. Rursum & hoc spacio exacto, quim dominus pactum precium exigeret, neque hic ullam solvendi nominis rationem inire posse, interea verò amor invaleret, coem- pris quingente armaturis, sive que impertrata, eas clanculim in agrum deferendas curavit. Deinde suos ipsius servos ad defectionem sollicitans, numero quadringentos, sibi que eidem regium imponens, eorum auxilio, primùm quidem eos, qui pactum precium exigebant, virgis caesos securi percussit: postea verò quum sua illa servitia armasset, vicinas villas peragrare placuit, in quibus eos, qui se prompto & alacri animo socios defectionis adungebant, armavit: quo- quot autem repugnabant, interfecit; donec à Lucullo ipse cum univerfo sodaliti, proditione Apollonii, ad internecionem cæsus sit. *Dind. lib. 36.*

Ludovicus Rex Francorum reverfus ex Hierosolymitano bello, cum Aleonora, ex qua duas filias, Mariam & Aliam, susceperat, divorium fecit, quæ filia fuerat unica Guilielmi ducis Aquitaniae & Pictionis comitis, ex quo à patre hæres facta est, Henricus Normannia dux (qui postea Stephanus in Anglorum regno successit) hanc Aleonoram in matrimonio duxit. Quæ materia fuit multorum bellorum, quæ postea ille cum Francis gessit. Nam cum ob eas nuptias illa pars Gallia, quæ hodie Aquitania & Pictavia nuncupatur, uxorio eivenisset, & materno Normanniam obtineret, expectareque Angliæ regnum, ac paternum comitatus tres Andium, hoc est, Andegavensium, Turonum, & Cenomanorum possideret, est admodum potens effectus. Ludovicus peritino animo ferens, Aleonoram nupsisse inimico, Henrico ipsi bellum fecit. *Polydorus lib. 12. Hist. Angl.*

In Novatiensif obsidione exarsit seditio militaris inter Italos atque Germanos ob ignobile scortum, quo dies in summum tunc discrimen adducta est, quum irarum cause mutuis cædibus crevisset, & ab utraque gente in auxilium suorum armatæ acies ac currere praerant. In eo tumultu Franciscus Gonzaga Mantuanus Princeps, Veneti exercitus Inper. validam equitum ac pedum manum, vias, quæ ad urbem ferrent, insidere iussit, ut si forte Galli in ea tam diri tumultus occasione erupterent, paratis oppositifque præsidis in urbem repellerentur. Ipse portò in medios Germanos intrepidè procurat: eosque fratres & consanguineos appellando, ac deprecando, ne tantum facinus in socios admitterent, facile prælium jam multorum cæde atque vulneribus circumant diremit. *Jovius lib. 3. Histor. Spectra.*

Carolus Vianæ Princeps contra patrem suum, Joannem Aragonie regem 18. conspirat, iniquè ferens, novet cam sibi in Navarræ regi administratione prælatam esse. Detecto facinore in vincula conjicitur. Sed tumultuantibus Gothanis, & præcipue Barcinonensibus, rursus liberatus, non multò post mortuus est. Barcinonenses nihilominus veteri, ne propter rebellionem à rege multarentur, præsertim cum conjurationis socios plautum se regi submittere animadvertent: rumores pariter, manes Caroli Principis defuncti de patre deque novetæ noctu per vicos civitatis miserabiliter queri, multaque miracula facere, quasi non morbo, sed veneno sublatu fuisset. Hoc commento vicinos omnes populos ad novam conspirationem pertraxere: quæ magno vix demùm periculo regis & multo subditiorum sanguine extingui potuit. *Marius lib. 14. rerum Hisp.*

Bruta. Hercules Spartam veniens cum Oeono consobriño, for- L. B. T. beat. vitæ Elman. Tom. 1.

è Hippocoontis ades pettranfuit. Cùmque Oeonus canis domus cuius invasisset, ille lapide canem percussit. Quod ubi viderunt Hippocoontis filii, cursum egressi, subitus Oeonus confecerunt. Hercules à vulnere accepto clam se periculo subduxit. Mox comparatis copiis, patre & filiis malè multatis, Oeoni eadem ultus est. *Paul. in Lacon.*

Picti & Scoti, Albiani populi, contra Britannos primum, deinde Romanos, mutua auxilia singulari & fortitudine præstiterunt. Sub Crathlino Scotorum rege rixa ob canem venaticum à Pictis interceptum orta, cæsis aliquot ab utraque parte nobilibus, ad bellum apertum res spectabat: sed Carantii Britannorum tyranni opera reconciliati fuere. Romaclo inde Scotorum rege, Pictis a finitate juncto, à proceribus Scotis cæso, Picti regie mortis ulciscendæ causa arma infesta Scotis intulere. Variè pugnatum. Tandem Picti, Maximo Britannie legato in societatem pertracto, Eugenium Scotorum regem occidione deleverunt. ann. Sal. 379. regni Scotorum 712. Juliano Apostata imperante. *Boethius lib. 6.*

Ægyptii ob occisum selem à milite Romano seditionem moverunt, ad domum ejus concussu plebis facti: neque à regis ad id missis Principibus, neque Romanorum timore à pœna hominis absterri poterunt, quamvis non spontè bestiam occidisset. *Diodor. lib. 1. c. 6. & Strabo lib. 17.*

Naxii ob piscem Telegore dono datum seditione mota libertatem amiserunt.

Vide T. it. Seditionum civilium. Aurum, Pecunia.

Vide T. it. Bella ob avaritiam.

In hanc sententiam Tibulli versus ex libro primo, Elegia decima, audire præstat: *Quis fuit, horrendos primis qui protulit enses? Quam ferus, & vorè ferrus ille fuit! Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata, Tunc brevior dire mortis aperta via est. At nihil ille miser meruit, nos ad mala nostra Verimus, in factus quod dedit ille feres. Divitis hoc vitium est auri: nec bella fuerunt, Fuginus ad stabat dum scribis ante daps: Non arces, non vallus erat, somnumque petebat Securis varias dux gregis inter oves.*

Genne. Octavianus Ubaldianus Cardinalis in Galliam profecturus, Mediolani à Martino Turriano susceptus, cum in templo D. Ambrosii Carboneolum mirabili fulgore, & rari magnitudine conspicuum vidisset, eumque cupidè inspicendo tractandoque omnino dignum videri diceret, qui ad ornamentum sacrorum solemnium, in summa Pontificis Maximi aia conspiceretur: à Martino armato illic accurrente intactum relinquere coactus, sic in Turrianos exarsit, ut Othonem Vicecomitem Archiepiscopum Mediolanensem in excidium Turrianæ domus armare non desisset. *Jovius in Othone.*

Annona. Posteaquam plebs Romana è facto monte Menemii Agrippæ suavo rediit Romam, propter annonæ penuriam atque famem Tribuni patres, tanquam auctores falso insimulaverunt. Hinc cum C. Martius Coriolanus repulsam consulatus tulisset, & annona copiosa allata, quò minus ea populo distribueretur, Senatui auctor fuisset, Tribuni ei manus injicere voluere. At patribus eum acriter protegen- tibus, ingens orta est seditio, neque prius sedari potuit, quam populi suffragis in perpetuum exilium ejectus est. *Plutarchus in Coriolano, & Livius lib. 1. Decad. 1.*

Vinum. Galli primi in Italiam expeditionem susceperunt, ubertate soli, & vini in primis suavitare allecti, cum Elico quidam Helvetius, qui fabrilis artem Romæ aliquandiu exercuerat sub Tarquinio Prisco, sicum siccam & uvam, olei que ac vini præmissa, remeans secum tulisset. *Plin. lib. 12. c. 1. Levius.*

Cerevisia. Robertus Lignicènsis dux fratri suo Henrico Decano Uratislaviensium Canonicorum Collegii, sub festa Nartalicia cerevisiam Svidnicensem, quæ tunc laudem habebat probitatis dono miserat. Vector in vincula ductus, quòd peregrinum cerevisiam urbi cõtra Senatus edicti importasset. Canonici Uratislavienses, qui Polonis potius quam Boemis favebant, excommunicationis fulmen in civis contorserunt: cùmque ne Venceslao quidem Cæsari propter sui reverentiam, dū in

Ggg urbe